

1797, 17.

D E

ORIGINE ATQVE FATIS
VSVCAPIONIS RERVM MOBILIVM
S A X O N I C A E

C O M M E N T A T I O

PROFESSIONEM IVRIS SAXONICI
ORDINARIAM

A. D. XXIII. M. AVG. A. C. CCCLXXXVII

A V S P I C A T U R V S

P R A E M I S I T

D. CHRISTIANVS GOTTLIEB HAVBOLD

SVPR. CVRIAEC PROVINCIALIS ADSESSOR IVRIS SAXONICI PROFESSOR
PVBL. ORDIN. ACAD. ELECT. MOGVNT. SCIENTIAR. UTIL
SODALIS

L I P S I A E

EX OFFICINA SAALBACHIA



ORDINARIA TOTAE ESTATIS
CIVILIS ET RELIGIOSA
SACRA

CONSTITUTIO
PROTOMONUM IN RIBAZOLO
ORDINARIA

ORDINARIA CIVILIS
ET RELIGIOSA

Auspicaturus oratione proxime recitanda professionem iuris
Saxonici ordinariam, quam SERENISSIMI ELECTORIS,
FRIDERICI AVGVSTI, indulgentia in me contulit, libelli,
quem auditorum inuitandorum causa proponere debui, ex-
ordiu[m] vnde potius, quam ab ipsa scribendi opportunitate,
capiam? Qua ego, vt ceteras laetitiae causas nunc taceam,
tanto magis gauisus sum et gadeo, quanto luculentiorem be-
neficio in se eximio a patriae dulcissimae cogitatione, quae
mentem in expendenda noui muneris ratione defixam occu-
pat, commendationem adcedere intelligo. Quum igitur pie-
tatis sensum, qui tali beneficio respondeat, intra pectus cohi-
bere nefas sit, iam dudum gesli indicere sollemnitatem eam,
qua SERENISSIMO PRINCIPI NOSTRO et AMICIS EIVS
SAPIENTISSIMIS gratias agere ac bene precari, Academiae
Patribus fidem atque obseruantiam spondere, Commilitoni-
bus denique adsiduitatem in docendo, studiumque erga omnes,
qui mea qualicunque opera vti haud dedignentur, polliceri
decreui. Quod officium quoniam, quo plures me dicentem
audient,

audient, eo mihi et amplius et iucundius erit, RECTOREM
ACADEMIAE MAGNIFICVM, PRINCIPEM HASSIAE SE-
RENISSIMVM, COMITES ILLVSTRISSIMOS, PROCERES
VTRIVSQUE REIPUBLICAE GRAVISSIMOS, COMMIL-
TONES CARISSIMOS, vt concioni, quae eius rei caufa die
Mercurii proximo, hora VIII., habebitur, frequentes ac fauen-
tes interefse, et orationem meam aditalem *de meritis Iuriscon-*
sultorum Lipsiensem in ius patrium praefentia sua efficere follem-
norem, omnemque ita pietatis religionem illustrare velint, ea,
qua decet, reuerentia atque diligentia oro rogoque. P. P. in
Vniuersitate litterarum Lipsiensi Dom. x. p. Fest. Trinit. A. C.
CICICCLXXXVII.

DE

DE
ORIGINE ATQVE FATIS
VSVCAPIONIS RERVM MOBILIVM
SAXONICA E

Qui in inuestigandis iuris patrii originibus ac successionibus feli-
citer versari volunt, hanc sibi omnes scriptam esse putant le-
gem, vt, seposito tantisper iurisprudentiae e placitis domesticis et
peregrinis mixtae, qualam hodie adhibemus, modulo, nihil, nisi
quod priſcorum temporum moribus conueniat, mente informent,
et ita praeparati a primis cuiusque instituti incunabulis paullatim ad
mutationes, quas recentior aetas adulit, progrediantur. Quae
cautio nescio an in nullo eius generis argumento magis sit necessaria,
quam in indagandis praescriptionis Germanicae fatis, quae tot tan-
tisque impedita sunt difficultatibus, a fontium siue inconstantia, siue
obſcuritate, plerumque profectis, vt nemini, qui ea sigillatim deli-
bare, nec cum vniuersa rei ciuilis et iudicariae veterum Germano-
rum ratione comparare sustinuerit, patere videantur. Quam ob-
caſiam ethi tantum abeft, vt *Christl. Gottl. Ricci* aliorumque viro-
rum

A

rum doctissimorum, qui eum aem locum adtigerunt, laudibus quidquam detrahere audeam, vt, eorum diligentiae hanc quoque iurisprudentiae historicae partem plurimum debere, ipse profitear: tamen negari non potest, plerisque in eo substitisse, vt copiam exemplorum, e quibus de usu variarum praescriptionum, aut potius institutorum domesticorum, quae proxime ad praescriptionis indolem adcederent, vario constaret, vnde conducerent, et in certum ordinem digererent, minime vero simul in id adlaborasse, vt veram rei indolem accurate proponerent, temporum rationes distinguerent, testimoniorum dissidia tollerent, quaeque meditatione adsequiti essent, cum reliqua antiqui iuris disciplina conferrent. Quo negotio, quantum virum imbecillitas fineret, equidem in praesenti ita fungi constitui, vt eam potissimum usucaptionem, quae iuri Saxonico propria est, et ad res mobiles pertinet, multisque modis ab aliis usucaptionum speciebus differt, historiae lumine illustrare; ratus, tale periculum nec a munere novo, cuius auxilio scribendi occasionem obtulerunt, alienum, nec utilitatis commendatione caritatum esse apud eos, qui, quanta iuri Saxonici, praesertim mediis, in formandis ciuitatum Germanicarum moribus vis sit, meminerint.

§. I.

In perscrutanda autem usucaptionis rerum mobilium Saxonicae origine opus non est, vt ad antiquissimam iurisprudentiae Germanicae aetatem ascendamus. Quamquam enim variae ex hoc aequo superfunt leges de praescriptione conditae, quas, vt ceteros taceam, *Io. Frid. Polac^{a)} et Riccius^{b)}* diligenter collegerunt: tamen aut

mobi-

^{a)} *Polac Systema iurisprudentiae civilis Germanicae antiquae Lib II. c. 5.* ^{b)} *Riccius Specim. iuris Germanicus Lib. II. c. 5. i. quo praescriptio Germanorum vetus*

IASNA

mobiles res ab immobilibus hac in re non seiunxerunt^{c)}, aut plurimum e iure Romano traxerunt^{d)}, aut eiusmodi sunt, ut Saxoniae saltem nostrae instituta haud satis certo ex iis repeti posse videantur^{e)}.

§. 2.

Progedimur potius ad medium iurisprudentiam, fontesque eius maxime eos, qui memoriam prisci iuris Saxonici ad nostra tempora propagauerunt, ut tamen nec cetera monumenta σύγχεον, quae vñcipationis nostrae origini lucem adfundant, negligantur. Antequam vero testimonia, quae huic consilio inferuant, examinemus, non alienum a re fore existimo, pauca de varia bonorum descriptione, qualis medio aeuo inter Germanos frequentata fuit, in primis ex sententia Iuris Provincialis Saxonici, quod vulgo Speculum Saxonum audit, et primarium locum etiam in hoc disputationis genere tenet, praemittere, nec non de causa diuersitatis, quae inter iura

A 2

rerum

iuxta et bodierna ex legibus Germanorum ac diplomatis eruunt arque illustratur. (Fris. et Lips. 1738. 4.) c. 1-3.

c) Riccius I. l. c. 3. p. 24.

d) In hunc censum omnes eae leges antiquae veniunt, in quibus tricenariae praescriptionis mentio occurrit. Quod in primis Car. Frid. Walchius, V. Ill., vom Näherricht Lib. I. c. 5. §. II. p. 261. sq. ed. noniss. Ern. Lud. Aug. Eisenhartus, V. Ill., in *Additamentis ad Paris Grundzüge der deutschen Rechte in Sprachwörtern* (Lipsl. 1792. 8.)

Seßt. III. n. 26. B. p. 237. sq. et *Inst.* Frid. Rundius, V. Ill., in den *Grundsätzen des gemeinen deutschen Privatreches* §. 268. p. 206. ed. II. contra Riccius monuerunt.

e) Quo referri possunt exempla praescriptionis annalis in *Leg. Salicæ* Tit. XXXVIII. §. 2. (in Pauli Canciani Legg. antiquis Barbarorum Vol. II. p. 89.) et in *Capitull. Regum Francorum* Cap. II. Ludouici II. ad ann. 867. T. II. pag. 361. ed. Baluz. obvia. Cf. *Formulae Bignonianæ* num. 2. *ibid.* p. 497.

rerum immobilium ac mobilium iam antiquitus intercessit, vniuerse differere. Ac princeps quidem partitio, ab ipso aeui illius ingenio profecta, ex qua, iudice Frid. Chriſtoph. Ienſenio^{a)}, Viro Illustri, omnes reliquae, tamquam ex fonte communi, promanarunt, bona omnia in *feudalia (Lehn)* et *allodialia (Eigen)* diuidit^{b)}. *Allodialium* rerum duae rursus sunt species^{c)}, *immobilium* altera, quae saepenumero *bona propria (Eigen) κατ' ἔξοχην* vocantur^{d)}, et in *aedificia (ſtehendes Eigen)* ac *fundos (liegendes Eigen)* distribuuntur^{e)}; altera *mobilium (fahrende Haabe)*. Licet enim *Glossa Iuris Saxonici tam Prouincialis*^{f)}, quam *Feudalis*^{g)}, plerumque tria bonorum genera, *feudalium, immobilium et mobilium*, distinguat: facile tamen est ad intelligendum, hanc diuifionem ab ea, qualem modo sequuti sumus, reapse nihil differre. Antiquissimis igitur temporibus, si feruos, pecora et arma exceperis, res mobiles alicuius pretii in Germania, bellis adſueta, omnisque luxoriae experte, rariffime obuenient, necesse est^{h)}; cuius infrequentiae vestigia feruauit aliquamdiu uſus loquendi

re-

a) *Ienſenius Diff. de libera bona auita alienandi facultate, in Holſatia per Speculum Saxonicum non reſcripta* (Kil. 1778.) c. 2. §. 1. p. 18.

b) *I. P. S. Lib. I. art. 9. et art. 41. Lib. II. art. 3. Lib. III. art. 75.*
Cf. *Chriſt. Gorſl. Haltaufii Glossarium Germanicum mediæ aeui v. Eigen* p. 283.

c) *I. P. S. Lib. I. art. 9. et art. 31.*
Lib. III. art. 83.

d) *I. P. S. Lib. I. art. 52. Lib. II. art. 5. Lib. III. art. 61. et art. 80.*

Cf. *Haltaufii l. l. p. 282. Ienſenii l. l. p. 19.*

e) *Glossa Weicbb. Magdeb. ad artic. 21.*

f) *Glossa I. P. S. ad Lib. I. art. 52. et art. 70.* qui quidem locus posterior ea in primis de cauſa notandus est, quia, partitionis, quam dixi, etiam in praefcriptione ordinanda rationem fuſſis habitam, docet.

g) *Glossa I. F. S. ad c. 6.*

h) *Tacitus de morib. Germ. c. 5. et 6.*

recentior, quem bonorum mobilium adparatum ad rerum vtenſilium atque expeditoriarum genera subinde reuocasse, *Haltaufius*ⁱ⁾ animaduertit. Quum autem per mercaturam ciuiumque industriam, ea, a qua noſtra procedit disputatio, aetate magis magisque indies efflorescentem, opum eiusmodi, quas veteres Germani aut prorsus ignorauerant, aut certe in viliori pretio habuerant, copiae mirum in modum creuiffent^{k)}: etiam de legibus dominio harum rerum scribendis diligenter cogitari coepit est. In quibus adornandis insignem vim habuit proprietatis plenissimae potestas, quam domini in res suas mobiles iam pridem exercuerunt^{l)}, nouiori quoque aeuo probata; vnde factum est, vt magno semper interuallo iura rerum immobilium a bonorum mobilium patrimonio distarent, quod exemplo prohibita rerum hereditiarum alienationis *Io. Car. Henr. Dreyer us*^{m)}, Vir Ill., egregie illustravit. Quae quum ita eſſent, fieri non potuit, quin illis, de quibus loquimur, temporibus etiam vſu capio rerum mobilium (ſi fas eſt institutum Romana vſu capione certe olim haud paullo angustius hoc nomine adpellare) proprio quodam iure vteretur.

i) *Haltaufius l. l. v. Farende Ha-
be p. 442.*

k) Cf. *Frid. Chpb. Ionath. Fische-
ri, Viri Ill., Geschichte des deutschen
Handels T. I. c. 56. p. 808. ed. II.*

l) Vid. *Eiuſd Geschicke der deut-
schen Erbfolge T. I. c. 5. Sect. 1. et
2. p. 55. ſqq.*

m) *Dreyer Diff. de reſtricta
facultate alienandi bona hereditaria ad
hereditaria mobilia non pertinente (Kil.
1750. 4) §. 3. ſqq. Plura exempla
congetur Fischerus in der Geschich-
te der deutschen Erbfolge l. l. Sect. 4.
p. 67. ſqq.*

§. 3.

Cuius consuetudinis primum, idemque palmarium argumentum, quo tamen dici non potest quam crebro abusi sint interpretes ad probandum id, quod nullo modo probari ex eo debebat, praebet Ius Prouinciale Saxonum^{a)} his verbis: „Swaz so fus getane dinges erbelos ersflibt, herwete, erbe oder gerade, daz sal man antworten deme richtere oder deme wronnenboten, ab her ez eischet nah deme drizigsten. Diz sal der richter hallden ian und tac unvertan, und warten, ab sich ieman dar zu zihe mit rechte, fint keret ez der richter in sin nuzz, ez en sie, ab der erbe gevangen sie, oder in des riches dinft gevaren, oder in gotes dinft uz deme lande, so muz her sin warten mit dem erbe, bis her wider kome, wen her en kan sich an sine erbe die wile nicht verfumen. Diz ist geredet von varnder habe.“ Quae ut plene intelligentur, iungendus est articulus, qui proxime sequitur, licet ad sola bona immobilia pertineat: „An eigene und an buben mag sich der sachse verswigen binnen drizig iaren und iare und tage, und e nicht. Daz riche und der swabe en mugen sich nummer verswigen an irme erbe, die ez gezugen mugen.“ Vtrumque articulum patet praecipere de solis rebus herede destitutis, quibus non tam bona vere vacantia, vtpote fisco statim, praescriptione non expectata, et olim obnoxia, quam ea, quae heredes reapse superstites vindicare neglexerunt, adnumeranda sunt, vt praeter Glossam Germanicam^{b)} Io. Schilterus^{c)} et Frid. E. a Pufendorf^{d)} op-

portu-

a) I. P. S. Lib. L art. 23. In quo iure adlegando sequi me lectionem codicis Lipsiensis, quem editio Gaertneria exhibet, femel monere volui.

b) Glossa Germ., I. P. S. ad d. art. 23.

c) Schilterus Exercit. ad Pand. XXXV. §. 49.

d) a Pufendorf Obscurari, iur. vniu. T. III. Obs. 14. §. 3.

portune monuerunt. In quo honorum genere mobilia peculiarem classem, d. art. XXVIII. separatam, constitueret, tum rerum expeditoriarum atque utensilium exempla sub initium articuli obvia, tum fundorum et aedificiorum mentio, quam sequens articulus exhibet, tum in primis verba, in quae locus noster desinit: „*diz iß gerdet von varnder habe*,“ abunde comprobant. Quam quidem clausulam auctor Speculi adiecissem videtur propterea, ne quis forte ob verbum *Erbe*, cuius multiplex olim fuit significatio^{c)}, eum articulum de quoouis patrimonio promiscue adcipiendum esse sibi persuaderet. Nihilominus locus, quem excitaui, non ad eiusmodi solum hereditates, quae totae rebus mobilibus cernuntur, sed ad eas quoque, quibus praeter bona mobilia admixta sunt immobilia, spectat, ita quidem, vt haec ab illis seingantur, et secundum art. XXVIII. longiori demum interuallo praescribantur. Cuius separationis, etiam in aliis causis hereditariis iure prisco frequentatae, exemplum illustre suppeditat debitorum ex sola hereditate mobili solvendorum necessitas^{f)}. Iam, quae d. art. XXVIII. de usucapione rerum mobilium in hereditate aliqua existantium memoriae prodidit, sequens art etiam ad praedia resque immobiles profert, dum haec per diuturnius temporis spatium fuerint possessae. Nec pugnat cum interpretatione nostra, quam sententia articuli proximi XXX. mirifice adiuuat, locus similis Iuris Prouincialis Alemannicis^{g)}, si cum codicibus melioris notae^{h)} legatur: „*was sy guttes hynder ynen lassend habent, sy varendi*

e) Cf. Dreyerus *Diff. laud.* §. 5. *Corp. Iur. Germ. Senckenberg.* T. I. not. 9.

f) *I. P. S. Lib. I. art. 6. Ratio-*
nem confuetudinis reddit *Ordo iudic.*
tin. (*Richtstieg Landrecsis*) c. 10. (in l. not. b.)

p. 139.)

g) *I. P. A. c. 274.* ed. Lahr.

h) Vid. *Hier, von der Lahr ad d.*

varendt gut, oder ander gutⁱⁱ, sub varendt gut autem intelligatur, quod Speculator Saxonius gerade dixit, sicut sub ander gut idem, quod huic herwetē et erbe audiit, totaque oratio cum alio Iuris Alemanni capite, ex Saxonico Codice ad verbum descriptoⁱⁱⁱ), conferatur. Quae vero in fine articuli XXVIII. sequuntur: „daz riche und der swabe en mugen sich nummer verswigen an irme erbe, die ez gezugen mugen“, rursus ad utrumque bonorum genus pertinet. Imperii sane vocabulo h. l. significari fiscum imperatorium, et Glossa^{iv} vidit, et regis mentio, quam Codex Iuris Feudalium Gorlitensis^v substituit, confirmat. Ex eodem quoque Codice caussam, cur Sueorum et fisci principialis hac in re par olim fuerit conditio, explicare nullus dubitarem, nisi silentium aliorum testium idoneorum fidem ignoti auctoris eleuaret. Ita enim ille pergit: „Swelich man auir ein fioaf is, swin lange der beitit, der mac sin' clage beginnin vnde vornuwin, alſe ein kunnig, al die wile er lebit, wande er sin erbe an den konnic erbit, ob er ne heinen sun ne hat, noh ne heinen erbin von sinis vatir halbin.“ Ac quamquam Ius Prouinciale Alemannicum^{vi} Sueorum priuilegium, quo aduersus omnem praescriptionis lapsum tuti essent, ex aetate Caroli Magni repetit, quem auxilium a Sueuis sibi in expeditione Romana praestitum hoc beneficio remuneratum esse tradit: tamen haec narratio non videtur esse maioris momenti reliquis, quae de eodem principe in libris iurisprudentiae mediae circumferuntur^{vii}.

Cete-

ii) I. P. A. c. 287. ed. Lahr.

Miscellaneen zum Lehnrechte T. I.

iii) Glossa I. P. S. ad d. art. 29.

p. 50.

iv) Codex Iur. Feud. Gorlit. c. 33.
in Car. Frid. Zepernikii, V. Ill,

v) I. P. A. c. 276. ed. Lahr.
n) Aevo huic in more suis positi-

tum,

Ceterum ex neutro iuris Saxonici capite adpareret, qualis potissimum iudex, lapso praeescriptionis tempore, bona herede defituta adquirat. Licet enim alibi^o) pro modo et amplitudine possessionum, quas quisque viuis tenuisset, modo Sculteto, modo Comiti, modo Imperatori hereditates ab heredibus vacuae adserantur: tamen, hunc locum tum de solis rusticorum, qui ibi vocantur *Birgelden*, praediis, tum de bonis reapse vacantibus, non item de hereditate eiusmodi, quemadmodum in *dd. artt. XXVIII. et XXVIII.* intelligi supra vidimus, adcipiendum esse, et series orationis, et *Glossae^p*) auctoritas euincunt. Constat autem, plerosque, qui fisci priuilegia ex indole iuris Germanici mero imperio adhaerere putant, articulo, quem dixi, *XXVIII.* testimonium denunciare, eoque, tamquam praecipuo opinonis suae praesidio, vti solere. Quibus ita satisfecerunt *Mich. Henr. Gribnerus^q*), *Gottfr. Lud. Menkenius^r*), *Ge. Henr. Ayerius^s*), et recentioris aetatis interpres fere ad vnum omnes, vt hodie nem

nem
rum, omnia, quorum originem igno-
raret, aut quae singularis auctoritatis
commendatione extollere veller, ad
Constantini M. aut Caroli M. impe-
rium referre, iam *Herm. Conrin-*
gius de origine iuris Germ. c. 13. et
c. 30. obleruavit. Cf. von der Lahr
Praef. ad I.P. A. §. 43. in *Corp. iur.*
Germ. Schenkenb. T. II. p. 29.

^o *I. P. S. Lib. III. art. 80.*

^p Nam *Glossa I. P. S. ad d. art.*
80. „*Diz sterben, ait, mag zweyerley*
weise verstanden werden: erftlich, ob
ein mann den rechten nach erftürbe oder
für zode gehalten würde. — der ander

ist der natürliche rod. Durch diesen
wird das eigen dem berrn auch ledig, ob
der verftorbene nach ſich keinen freund
bis in das ſiebente glied verleßet.“

^q *Gribnerus Diff. de turibus*
principum regalibus, quae vulgo, sed
perperam, ad iurisdictionem referuntur,
§. 19. in Opuscc. iur. publ. T. I. p. 137.

^r *Menkenius Diff. de iure*
fisci, quod mero adhaeret imperio (*Vie-*
teb. 1735. 4.) §. 15.

^s *Ayerius Diff. de iure occupan-*
di bona vacantia (*Götting. 1740. 4.)*
§. 6.

B

30

nem facile futurum fore existimem, qui iudicem h. l. intelligi supremum, pro diuersa prouinciae formula ipsum quoque diuersum^{t)}, vel tantillum dubitet. Praeterquam enim, quod tam Imperator, quam Principes (eo quidem sensu, quo Germania ante perfectae potestatis territorialis primordia Principes habuit) in Iure Provinciali Saxonico saepius *iudicum* nomine veniunt^{v)}, quodque in multis aliis medii aei tabulis hereditates iacentes, sive integrae, sive pro parte, modo Imperatori^{x)}, modo territorii aut vrbis dominis^{y)}, modo ho-

rum

t) Quum hic omnia redant ad verum rei iudicariae veteris variorumque iurisdictionis, qualis tempore medii aei in vsl fuit, graduum intellectum, lectors ad Christ. Goril. Bieneri, Viri III., classicam Diff. de iurisdictione ordinaria et exenta (Lipf. 1777. 4.) ablegandos effe censeo.

v) V. c. in I. P. S. Lib. III. art. 26, et art. 52. Cf. Lib. II. art. 26. Quid, quod Glossarium Speculi Saxonici, editionibus Loffianae et Lodiucianae adiecitum, v. Richter haec adnotat: „Richter werden bisweilen im Sachsenrechte auch die Fürsten eines Landes gebeissen.“

x) Vt in *Iustitia Lubec.* d.a. 1158. apud Ern. Ioach. de Westphalen Monim. inedit. T. III. p. 624. *Privilio Friderici I. ciuitati Bremenf.* a. 1186. *indulc.*, in Io. Christ. Lüningi *Reichsarchiv P. Spec. Contin. III.* P. I. p. 220. et in *Privilio eiusdem*

Lubecensibus a. 1188. dato, ibid. p. 1331. Ipsum adeo *Ins Scabinorum Magdeburg.* art. 68. ed. Schott. „Ob ein erbe vorstirbet,“ ait, „daz sich niemand zu entzahet binnen iare vndrage, daz nimer die konengliche gewalt; cui respondet art. 59. vulg. edit. Cf. I. P. S. Lib. I. art. 38. Negare tamen nolo, posse in his locis regiam potestatem etiam pro supremo magistratu, ab Imperatore vbi vel regioni praeposito, adcipi, quum potestatis vocabulo ex vsl loquendi huic aeno proprio saepissime significantur ii, qui iurisdictioni praefunt, vt praeter alios Bienerus, Vir III., *Diss. laud* c. I. §. 2. obseruavit.

y) Prae primis adcurate hos potestatis ciuilis gradus diffinguit I. P. A. c. 274. et c. 286. ed. Lahr. Plura exempla collegit Io. Fr. Bonhoefferus in Diff. *qua ius deradus superioritati territoriali vindicatur* (Götting. 1772. 4.) §. 12. p. 14. sq.

rum aduocatis et vicarilis^{z)} expresse vindicantur: magnum quoque sententiae veriori pondus adcedit a praestantissimo iuris Saxonici me- dii thesauro, quem Ius Prouinciale Silesicum^{aa)} continet. Nihilo-

B 2

minus

z) Vid. *Priuilegium ciuitati Goslarensi ab Imp. Friderico II. a. 1219.* concessum in Io. Mich. Heinecii *Antiquit. Goslar.* p. 219. *Tabulae Henrici, Episcopi Hildesensis, de iure aduocatariae Hildesensis in Chrift. Vlr. Grupenii Origg. et Antiquit. Hanoverens/* p. 234. quibuscum conferri possunt exempla in Pufendorfii libro de *iurisdictione Germanica* P. II. Sect. III. c. I. §. 171. et apud Bonhoefferum l. l. obvia. Memorabilem autem speciem, ex qua Aduocatium Luneburgensem sec. XIII. hoc ius vere exercuisse patet, retulit Ayerus in *Adp. laud. Diff.* p. 35.

aa) *Ius Prouinc. Siles. Lib. I. c 14.* dist. 1. in Syllog. cuius titulus: *Diplomatiche Beyträge zur Untersuchung der Schlesischen Rechte und Gesetze*, P. IIII. p. 15. „Wer erbelos irfstirbt von erbe, hergewete, adir gerade, das sal vndirwinden das gerichte vnd sal das halden Jar vnd tag in synen geworen, vnd kump in der crst nymannt, der sich mit rechter mogeschaft dorzu czuhet, so kere ist der richter in syuen nuz, ab ber das gerichte von dem konighe bot, dem sal ir der richter ant-

worren, hor aber der richter das gerichte von einer andern birren, dem is auch vom konighe zu lehn gece, so sal man is also lange reichin, bis das is kompt in die konigliche gewalt, als vorbeschrebin ist, was erbelos irfstirbit.“ Qui tamen locus, sub finem manifeste corruptus, ex Codice aduocatiore, cuius particulam Aug. Frid. Schottus in der *Unpartheischen Kritik über die neuesten juristischen Schriften* P. XXXIII. p. 307. sq. ex litteris Bern. Frid. Rad. Lauhnii descriptis, hunc in modum est restituendus: — „So kerez der richter au synen nuz, ab er daz gerichte vom konige had. Ist er aber eyn gesatz richter von eyne her, das der von deme konige had, dem sal er ez antworten, bat aber der here daz gerichte von eyne andern here, der ez oich von deme konige zu lehn had, so sal man ez so lange verzibn, biz das kommt in die konigliche gewalt, alzo vorbeschrebi ist, was erbelos ersterber.“ Unde, Speculum Saxonicum de eo dumtaxat iudice, qui ab ipso Imperatore iurisdictioni praefectus sit, interpretandum esse, intelligitur.

minus satis cito factum esse videtur, vt etiam iudices inferiores ius, de quo loquimur, sibi adrogarent^{bb)}, quo difficilius, praesertim inter tot tantasque, quibus Germania illa tempestate agitata est, turbas auctoritatem suam Imperatores ac Principes tueri, iuribusque imperii civilis conseruandis inuigilare potuerunt; licet hanc ipsam vicissitudinem iam auctorem Speculi Saxonici in oculis tulisse, cum Lauhnio^{cc)} suspicari nolim.

Cum iuris Saxonici decretis, in vtroque Speculi nostri articulo obuiis, magna monumentorum iuris Germanici, quae inde a seculo XII. lucem adspexerunt, copia amice conspirat. Singula enim in eo conueniunt, vt hereditatem ultra annum et diem iacentem fisco addicant. Cuiusmodi exempla, e quibus sunt, quae indubitatum adeo ius Saxonicum exhibeant^{dd)}, quum Riccius^{ee)}, *de Westphalen*^{ff)}, Ayrerus^{gg)}, a Pufendorf^{hh)}, Fischerus, Vir Ill.ⁱⁱ⁾ et Io. Christ. Conr. Schroeterus^{kk)} diligenter congeserint,

ipse

bb) Forte *Glossa Weichb. Magdeb.* ac c. 14. dist. 1. in den *Diplomat. Beyträge*. z. *Unters. d. Schles.* R. P. III. p. 13. et 15.

ee) Riccius *de praefser. Germ.* c. 10.

ff) *de Westphalen Praef. ad Tom. I. Monument. ineditor.* p. 111-116. et ad T. III. p. 130. not. v.

gg) Ayrerus I. l. §. 7. 15. et 17.

hh) a Pufendorf *Offf. iur. uniu.* T. III. Obs. 14.

ii) Fischerus *com erbschaftlichen Verfendungsrechte ohne Besitzergreifung* p. 34-57.

kk) Schroeterus *in den Vermischen Abhandlungen zur Erläuterung*

cc) Lauhnus apud Schottum l. l.

dd) Ut *Weichb. Magdeb.* d. l. et *Ius Prou. Siles.* Lib. I. c. 11. dist. 4.

ipse iis enumerandis supercedeo. Si quae vero consuetudinis nostrae documenta a Iure Provinciali, in quo interpretando versamur, redi-
cedunt, ea plerunque differunt etenus, ut aut solas exterorum her-
editates respiciant, aut res mobiles ab immobilibus non distinguant,
aut annale tempus, ad hoc praescriptionis genus necessarium, alio
modo computent, aut denique bona ab herede vacua inter plures
dominos diuidi iubeant. Ac quamquam, quae originem iuris huius,
olim per vniuersam fere Germaniam communis, procul dubio inde,
quod heredes peregrinorum antiquitus a successione plane exclude-
rentur, donec mos mitior publicae custodiae, cui talia bona per an-
num et diem committerentur, inualesceret, qui paullo post etiam
ad indigenarum hereditates propagari coepit, repetendam adtinent,
quum ab instituti ratione longius abesse videantur, nunc quidem
praetermitto: illud tamen tacere non possum, principia iurispruden-
tiae mediae in ipsis adeo statutis urbium aliquot Saxonie Electoralis
recentioribus, maxime Grossenhainensibus d. a. 1545.ⁱⁱ⁾ et Coldi-
tiensibus d. a. 1619.^{mm)} locum fere illibata inuenisse.ⁿⁿ⁾

Vt igitur, quae hucusque dicta sunt, breui summa comprehen-
dam, vtrumque Iuris Saxonici locum de solis hereditatibus iacenti-
bus, iudicisque circa eas potestate egisse vidimus. Huic enim mo-

B 3

bilio

rung des deutschen Privat-Kirchen- und Penitentiären Rechts, T. II. p. 119. sa. et p. 138-144.

f. q. et p. 138-144.

11) *Statuta Grossenbainensia in
Walchii*, V. Ill., *Beyträgen zu dem
deutschen Rechte* P. VII. p. 14. et
21.

Gottfr. Aug. Hoffmannum in P. II.
*Statutorum localium von der Gerae-
den und dem Heergerüthe* p. 18, 22, 46,
59, 99, 150, 262, 481, 500.

mm) *Staruta Colditensis* in Schott 538. 633. 671. 719. 773.

bilia quidem bona post diem a morte tricesimum tradenda erant, quo ea per annum et diem integra custodiret, lapsu autem spatio legitimo, si nemo interea hereditatem petiisset, in suos usus conueteret; nisi heres post annum superueniens iustam morae excusationem allegare posset. E contrario immobilium rerum hereditas tricenario demum silentio perimebatur; fisco denique imperatoris praescriptio non magis nocet, quam Suevis, perpetuo quippe successionis iure tutis. Quae quum ita sint, tantum abest, vt haec Iuris nostri Provincialis capita vniuersalem praescriptionis regulam definiant, aut saltem de rerum mobilium vscapione, quaqua patet, differant, vt ne omnes quidem quæstiones, quæ circa iuris hereditarii praescriptionem incidere possunt, generali quadam decisione complectantur. Quo, vt hoc exemplo utar, referenda est lis de hereditatis a cognitorum aliquo remoto occupatae diurna possessione, qua hic proximiorem serius venientem repellere intendit; licet infinitas ire nolim, ad has similesque species facile argumentum duci potuisse a nostris locis, quum ipsis adeo iudicis in hereditate vacua potestas praescriptionis titulo niteretur^{oo}). Placuit etiam haec Speculi nostri interpretatio iam dudum viris patrii iuris peritis-^{pp)}, v. c. Schiltero^{pp}), Chriſt. Thomafio^{qq}), Io. Gottl. Heineccio^{rr}), Iac. Rauio^{ss}), et, quantum articulum XXVIII. adinet,
ipſi

oo) Parum igitur abest, quin hereditatis petitionis praescriptionem modo annalem, modo tricenariam iam eo, in quod nostri instituti origo cadit, aeuo etiam inter priuatos in usu fuisse existimem. Cf. Richsteig Landr. Lib. I. c. 23. sub fin. in Corp. Iur. Germ. Senckub. T. L. p. 158.

pp) Schilterus Exercit. ad D. XXXXV. §. 49. 50.

qq) Thomafius Not. ad tit. I. de Vfucap. p. 160.

rr) Heineccius Element. iur. Germ. Lib. II. tit. 4. §. 108.

ss) Rauius Princip. doſtr. de praefcriptione §. 48. p. m. 88.

ipſi quoque Riccio^{tt)}, etſi idem in *articulo*, qui ſequitur, XXVIII. veſtigia regulae, quae ad vtriusque generis rerum allodialium, tam mobilium, quam immobilia, vſucaptionem vniuerſe pertineat, ſibi viſus eſt deprehendere. Quum enim, vt ſupra dixi, ſumeret, antiquiſimis temporibus nullam, niſi tricenariam, praefcriptionem inter populos Germanicae originis fuſſe frequentatam, nouum opinioni ſuae robur adcedere ratus eſt a coniunctione temporis tricenarii (fundorum vſucaptioni, vt exiſtimabat, praefituti) cum annali ſpatio, rerum mobilium cauſa recepto; vnde, auctorem Speculi Saxonici vtrumque praefcriptionis tempus, omiſſa discriminis, quod inter res mobiles atque immobiles haſtenus intercederet, mentione, in vnum contraxiſſe, ſibi peruaſit. Vt autem taceam, hac coniectura articulo XXVIII. ſententiam adſingi talem, cui tota orationis ſeries repugnet, petitionem eam principii, quod et iſum argumentis idoneis deſtitui ſupra monuimus, continere, mañifestum eſt. Ceterum vulgarem opinionem, quae originem vſucaptionis rerum mobilium Saxonicae, qualis hodie in vſu eſt, ex d. art. XXVIII. deri- vat, praeter plerosque, quos infra commemorabo, iuriſ Saxonici interpretes antiquiores ex ſcriptoribus recentioribus in primis *Ge. Guil. Lud. Beneckius^{vv)}* et *Ge. Steph. Wiefandius^{xx)}*, Vir Ill., ſequiſſunt.

§. 4.

Quae praeter eum, quem ſaepius excitaui, Iuriſ Prouincialis Saxonici locum tum in hoc, tum in aliis mediae iuriſprudentiae mo- nimen-

tt) Riccius de *praefcript. Germ.* 1740. 4.) §. 8.

c. 4. §. 2.

xx) Wiefandius Pr. de origine

vv) Beneckius Diff. de *praef.* anni Saxonici eiusque vſu bodierno (Viſcriptione Germanorum annali (Gieſſ. teb. 1796. 4.) p. 6.

mentis, ut Codice Iuris Feudalis Gorlitiensi, Ordine iudicario ciuili, Iureque Prouinciali Silesico, quod etiam sub Speculi Saxonici aucti nomine viris doctis innotuit, usucaptionis rerum mobilium Saxonicae vestigia occurrunt, pari ratione singulas rerum eidem obnoxiarum species respicunt, nec generalem eius definitionem exhibent. Loquuntur enim dumtaxat de rebus tum *inuentis*, tum *furiibus aut praedonibus eruptis*, tum *in patrimonio furis aut praedonis mortui repertis*, tum *iis, quae vi fluminis domino ablatae in alienam potestatem peruenient*. A genere, quod ultimo loco nominavi, ut exordiar, adscrībam ipsa Speculi Saxonici^a) verba: „Sweme eines andern mannes habe, daz varnde habe heizet, in wazzere zu vuzet, der sal sie ieneme wider gebn, desle her sich da zu ziche als recht ist, und her'ime fine kost gelde nah guter lute kure. Her sal ouch uf bitten und halden unvertan sechs wochen, vraget dor iemant nach, her sal ez bekennen, versachet erzo so wan darnoh vroget, so ist ez dube, ab man ez fider under ime vint.“^c Eodem modo rem decidit Ius Prouinciale Silesicum^b), quod tamen non magis, quam Saxonicum, addit, eum, cui bona vi fluminis ablata obuenerint, lapsi sex septimanarum spatio, eorumdem dominium irrevocabile adipisci. Nihilominus equidem tum ex verbo *unvertan*, quod vterque scriptor adhibuit, tum ex similitudine ceterorum, quae statim adferam, exemplorum collegem, eum, cui res eiusmodi fluminis beneficio cesserint, post illud tempus dominum earundem saltem pro parte factum esse. Ita enim Speculum Saxonum de rebus inuentis, vel furi aut praedoni eruptis, quas vno articulo^c) comprehen-

a) *I. P. S. Lib. II. art. 29.*

P. V. p. 10.

b) *Ius Prou. Siles. Lib. IIII. c. 13.*

c) *I. P. S. Lib. II. art. 37.*

dit. 12, in den Diplomar, Beyträgen

prehendit, pergit: „Swaz so der man vint, oder dieben, oder roubieren
 abiagt, daz sal her uf bieten vor sinen geburen und zu der kirchen.
 Kunt iene binnen sechs wochen, deme ez zu gehoret, her sal sich da zu
 zihen selbe dirte, und gelde die kost, die iene darmite gehat habe, ab ez
 phert oder vihe ift. Ift aber iene von eine andern gerichte, dez daz gut
 ift, so beheldet erz den dritten teil, der ez den dieben oder den roubieren
 abgeagt hat. En kumt aber nieman binnen sechs wochen, der sich da zu
 zihe, so nimet der richter zwei teil, und iene behelt daz dritte teil.“
 Quem locum Ius Prouinciale Sileicum^{d)} verbotenus fere repetiit.
 Codex vero Iuris Feudalis Gorlitensis^{e)} non solum adcuratus utramque speciem, in Speculo Saxonico consulam, distinxit, sed etiam iudicii, bona eiusmodi adseruaturo, legem, quae a ceteris fontibus
 absit, hunc in modum scriptit: „Swelich man vindit eines andirn man-
 nis dinc, der sol is offnbare ses wochin haldin, swer binnin der urift ge-
 zwugit, daz er iz vorlorn habe, dem sol er iz zo gift (protinus) wider
 gebin; kumit er nach dieser urift, so sol der dritte teil des uinderis fin.
 Ne komit nieman, so sol sich der richtere der zweier teile mit orteil undir
 windin, vnde sol sie vor gebis (forte pro: vergebens, i. e. gratis) wider
 gebin, ob nieman binnin eime iare kumit, der daz gezwugit,
 daz er daz gut vorlorn habe. Swer mit eime roube odir mit
 einer dube intrinxit, vnde kumit in ein andir gerichte, sw' deme den roub
 benimit, der sol den dritten teil habin, vnde die zwene teil wider gebin,
 ob der kumit, dem er benomin ift; ne kumit er nicht, so sol iz der rich-
 tere behaldin vnde twidir gebin, ob binnin eime iare de hein man
 kumit,

d) *Ius Prou. Silef.* Lib. III. c. 8. in Zepernikii *Miscellanen zum*
dist. 4. l. l. P. IIII. p. 90. *Lehnry.* T. I. p. 76. sq.

e) *Cod. Iur. Feud. Gorlit.* c. 47.

kumit, der gezwgin mac, daz daz gut sin were.^a Quo annalis spatii temperamento Codex ille ius Saxonicum dextre conciliat cum ceteris iurisprudentiae antiqueae, maxime populorum septentrionalium, fontibus, qui itidem res casu amissas, et in primis pecora oberrantia, quorum dominus intra tempus, quod dixi, persequi ius suum neglexerit, modo fisco, modo inuentori adiudicant, ut e legum Anglo-Saxoniarum ^f), Suecicarum ^g) et Danicarum ^h), quid quod Germanicarum aliquot, quas statim recensebo, exemplis constat. Praeterea discrimen, quod inter legitimam rerum inuentarum, atque furibus aut praedonibus eruptarum acquisitionem ex mente iuris Saxonici veteris intercessit, Codex Gorlitensis multo diligentius Speculo ipso exponit. Ex illo enim intelligimus, (quod, sicut annalis spatii a iudice obseruandi necessitatem, praeter litteras Hildeboldi, Archiepiscopi Bremensis, d. a. 1259.ⁱ) Statuta antiquissima Hamburgensia ^k), Rigenia ^j), Stadenia ^m) et Bremensia ⁿ) confirmant) fori diuersitatem non tam circa res inuentas, quam potius circa furtiuas aut vi ablatas, sed praedoni a tertio quadam rursus extortas, alicuius momenti fuisse; siquidem etiam his in causis,

^f) Vid. Dreyeri Lib. sing. de burgenis d. a. 1270. Part. XII. c. 6. usu genuino iuris Anglo-Saxonici in de Westphalen Monim. inedit. explicando iure Cimbrico et Saxonico T. III. p. 3016.

^{p. 139. not. *} ^{g)} Star. Rigenia art. 149. in ^a Pufendorf Off. iur. vniu. T. III. Adp. p. 270.

^{g)} Apud Riccius de prae script. Germ. c. 7. §. 3.

^{h)} Apud Eum d. ibid. c. 9. §. 3.

ⁱ⁾ Quae commemorantur a Pufendorfio de Jurisdictione Germanica P. II. Sect. 3. c. 1. §. 168.

^{k)} Codex antiquissimus iuris Ham-

^{m)} Star. Stadenia d. a. 1279. P.

XI. c. 6. ibid. T. I. Adp. p. 225. sq.

ⁿ⁾ Star. Bremensia art. 90. ibid. T. II. Adp. p. 62. Cf. Ordal. 83. ibid. p. 98.

bus; ut alias, peregrini indigenis postponi confueuerunt.^{a)} Quum vero dubitari potuisset, interuallum alterum, sex septimanas complexum, vtrum a tempore inuentionis, an a facta rei inuentae proclamatione eset computandum, hanc quoque difficultatem exemit Ordo iudicarius civilis^{b)}, dum aduocatum inuentoris adire iussit iudicem hac formula: „Her richter, N. biddet eens ordels na den dat hie den vont op boet ter kerken ener voir gerichte woe lange hie oen den nae halden sulle?“ et mox respondit: „Soe vünt men: seffé wecken.“ Quodsi igitur singula antiquitatis testimonia, quae genuini iuris Saxonici principia exhibent, inuicem contendamus, vera eorumdem sententia haec esse videtur. Distinguunt ante omnia res inuentas a furtiis aut vi raptis, sed furi aut praedoni rursus ademitis. Vtrumque quidem bonorum genus inuentoris est publice proclamare, et per sex septimanas custodire. A quo si res inuentas dominus intra hoc tempus rite vindicauerit, inuentor, nulla fori ratione habita, integras reddere debet, sumptus tamen in eas factos recuperat. *Furtuarum* autem rerum aut *raptarum*, sed modo, quo dixi, seruatarum, dominus, licet ius suum tempestiue persecutus fuerit, tamen, si alienae iurisdictionis sit, semper amittit trientem, quem inuentor lucratur; quum e contrario, si eumdem vterque iudicem agnoscat, harum rerum eadem plane sit, quae inuentarum, vindicatio. Si denique verus dominus intra praefitutum tempus non venerit, semper, fine vlo rerum, quas modo distinximus, discriminis, triens cedit inuentori, qui bessem reliquum magistrati tradere tenet;

C 2

quo

^{a)} Vid. Haltaufii *Glossar. Germ.* in *Corp. Iur. Germ. Schenkib.* T. I. f. v. *Gast.* p. 141.

^{b)} *Richtsteig Landr.* Lib. I. c. 12.

quo facto, hic anni lapsum exspectare debet, antequam, quod residuum erat, in suum usum conuertat. Quae vero supra de iudicis in occupanda hereditate iacente competentia disputationem, omnino ad has quoque species transferenda sunt, praesertim, quum non solum singula, quae de iis praecipiunt, iura statutaria partem rerum inuentarum modo Principi, modo Aduocato Principis addicant, sed etiam Glossa ipsius Iuris Prouincialis Saxonici⁹⁾ iurisdictionis diuersitatem ibi commemorata eadem ratione interpretetur. Vnde simul intelligitur, quam parum probabilis sit coniectura Augustini Leyseri¹⁰⁾, adhuc post lapsum spatii illius dominum rem amissam vel furtiuam recuperasse rati, si iustam ignorantiae caussam, ut absentiam, aliudue impedimentum legitimum, allegare potuerit; siquidem et fontes de temperamento eiusmodi plane silent, et iniquitatis reprehensio, quam potissimum Leyserus yrget, saltem pro maiori parte cessat, dummodo, multo prolixius tempus, quam Leysero alisque, solius Speculi Saxonici auctoritatem sequutis, usum est, domino ad repetendas res suas indulgeri, meminerimus. Restat, vt ultimum Iuris Prouincialis Saxonici locum¹¹⁾, qui res furtivas aut vi ablatas, sed in patrimonio furis aut praedonis mortui repertas, per annum et diem a iudice custodiri, et tunc demum eius lucro cedere iubet, adscribam: „Wer von gerichtes halben finen lib verluset, oder tut her ime selben den tot, sin nechste getelinc nimt sin arbe. Dube noch roub, die man under ime vindet, daz sal der richter behalden under ime iar und tag, ab sieh dar binnen nieman zu zihet nah rechte,

9) *Glossa Germ. I. P. S.* ad Lib. II. art. 37,

10) *Leyserus Medier. ad D. Spec. 457.* med. 10. II.

11) *I. P. S. Lib. II. art. 31.*

rechte, der richter kere ez in finen nuz.^{a)} Cuius consuetudinis exempla similia, si a Iure Prouinciali Silesico^{b)} discesserim, nondum mihi obuenerunt.

§. 5.

Quae praeterea a viris doctis pro antiqua usucaptionis nostra origine adferuntur testimonia in eo conuenient, ut annali possesso- ni vim einer rechten Gewehr tribuant. In qua re describenda Speculator quidem Saxon^{a)} verbis vtitur eiusmodi, quae omnium latissime patere videntur. Ait enim: „Swilch man gut in geweren hat iar und tat ane rechte wider sprache, der hat dar an eine rechte gewere;“ eundemque fere in modum auctor Iuris Prouincialis Silesici^{b)} loquitur. At alia auei huius monumenta idem principium non vniuerse enunciant, sed solummodo certis honorum generibus adcommodant, ut feudis Auctor vetus de beneficiis^{c)} et Ius Feudale Saxonicum^{d)}, praediis quibuscumque Priviliegium, ciuitati Bremenensi^{e)} a Friderico I. concessum, ac Ius statutarium Flenburgense^{f)}, rebus immobilibus coram magistratu alienatis Iura Sufatensis vetustissima^{g)}, Ius Weichbildi-

C 3 cum

^{a)} Ius Prou. Silef. Lib. I. c. 26. gii Reichsarchiv P. Spec. Contin. IIII. dist. 3. l. l. P. IIII. p. 25.

^{a)} I. P. S. Lib. II. art. 44.

^{b)} Ius Prou. Silef. Lib. I. c. 28. dist. 1. l. l. P. IIII. p. 26.

^{c)} Auctor vetus de beneficiis c. I. §. 93. in Corp. iur. feud. Germ. Senckenberg, p. 248. ed. nouiss.

^{d)} I. F. S. c. 13. ibid. p. 270.

^{e)} Priviliegium Friderici I. ciuitati Bremenensi datum a. 1186. in Luni-

P. I. p. 220.

^{f)} Codex iuris statutarii Flensburgen sis Flotowianus art. 54. in de Westphale Monum. ined. T. III. Praef. p. 94. Qui locus migravit etiam in Statuta ciuitatis Flensburgen sis a Waldemaro IIII. a. 1284. confirmata art. 35. (ibid. T. III. p. 1909.)

^{g)} Ius Sufatense antiquissimum in Theod. Ge. Guil. Emminghaeui Meme-

cum Magdeburgense^{b)}, Statuta Brunsvicensia d. a. 1232.ⁱ⁾, Ripensisia d. a. 1269.^{k)}, Hamburgensia^{l)} atque Rigenzia^{m)} d. a. 1270., Stadenia d. a. 1279.ⁿ⁾, Ordalia Bremensia^{o)}, Iuraque Goslariensia^{p)} et Hildesienia^{q)}, fundis denique hereditariis Ius Weichbildicum Magdeburgense^{r)} et Ordalia Bremensia^{s)} aliis locis, nec non Statuta Vlzenia^{t)}, Salzwedelensia^{v)} et Fribergensia^{w)}. Mitto exempla reliqua, a Riccio^{y)}, Pufendorfio^{z)}, Walchio, Viro III.

- Memorabilibus Susarensibus p. 109. sq.* o) *Ordel der Stadt Bremen* n. 53.
et p. 127. Skraa eiusd. ciuitatis art. ibid. T. II. Adp. p. 89.
147. apud de Westphalen l. l. T. p. 3076. p) *Leges municipales antiquae ciuitatis Goslariensis tit. van Ervegude art.*
l.) Weichbild. Magdeb. art. 16. ed. 8. in *Leibnitii Scriptorium rerum Brunsvicensium* T. III. p. 494.
Schott. Cf. Magdeburgisches Willkür-
rechts; in den Diplomat. Beyträgen zur
Untersuchung der Schlesischen Rechte
und Gebräuche P. I. p. 22.
i) Antiquissimae leges municipales
ciuitatis Brunsvicensis P. I. art. 33.
in Gotfr. Guil. Leibnitii Scriptor.
rerum Brunsvicensium T. III. p. 436.
k) Iuris ciuitatis Ripensis art. 84.
ap. de Westphalen l. l. T. III.
Praef. p. 135. et T. III. p. 2006.
l) Codex antiquiss. iur. Hamburg.
P. I. c. 6. ap. Eumdi. l. l. T. III.
p. 2091.
m) Statuta Rigenzia art. 5. in a
Pufendorf Obsf. iur. vniu. T. III.
Adpend. p. 224.
n) Stat. Stadenia P. I. c. 2. ibid.
T. I. Adp. p. 171.
- o) Ordel der Stadt Bremen* n. 53.
ibid. T. II. Adp. p. 89.
p) Leges municipales antiquae ciuitatis Goslariensis tit. van Ervegude art.
8. in Leibnitii Scriptorium rerum Brunsvicensium T. III. p. 494.
q) Stat. Hildesienia art. 43. in a
Pufendorf l. l. T. III. Adp. p. 291.
r) Weichbild. Magdeb. art. 69. ed.
vulg. s. art. 36. ed. Schott.
*s) *Ordel der Stadt Bremen* n. 5. in*
a Pufendorf l. l. T. II. Adp. p. 72.
t) Stat. Vlzenia; ibid. T. I. Adp.
p. 242.
v) Stat. ciuit. Salzwedel ibid. T.
III. Adp. p. 398.
x) Stat. Fribergensia c. 5. art. 23.
in Schotti Sammlungen zu den deu-
fachen Land- und Stadtrechten T. III.
p. 177.
y) Riccius Spec. de praescriptione
German. c. II.
z) a Pufendorf l. l. T. I. Obsf.
95.

III.^{aa)}, et Schroetero^{bb)} diligenter adnotata. E contrario ad res mobiles nusquam, nisi in Iuribus Hamburgensis^{cc)}, Rigenibus^{dd)} atque Stadenibus^{ee)}, quae omnino ex uno fonte videntur promanaesse, regulam, in qua explicanda versamur, nominatim translatam intellixi. Ut vero ad locum Iuris Provincialis Saxonici, unde profecta est disputatio, redeam, de vera eius sententia tantum abest, ut inter nostrates constet, ut alii cum Glossa^{ff)} ac nonnullis interpretibus antiquioribus Speculatorum de solis rebus mobilibus cogitasse putent, forte hunc ipsum articulum capitii Libri I. vicefimo nono conciliaturi; alii, in quibus Grupenius^{gg)} et Car. Phil. Koppius^{hh)} eminent, locum nostrum de eiususcumque generis bonis adcipiant; alii denique, et inter hos Schilterusⁱⁱ⁾, Io. Leon. Haushildius^{kk)}, Chph. Guil. Stürmerus^{ll)} atque Schroete-

rūs,

aa) Walchius vom Nüberrechte Lib. I. c. 5. §. II. not. 15. p. 264. sq. ed. nouiss.

bb) Schroeterus Vermischte Abhandlungen T. II. p. 134-137.

cc) Codex antiquissi iur. Hamburg. P. VII. c. 9. ap. de Westphalen I. 7. T. III. p. 3006.

dd) Star. Rigenſia art. 93, in a Pufendorf I. l. T. III. Adp. P. 253.

ee) Star. Stadenſia d. a. 1279. P. VII. c. 7. ibid. T. I. Adp. p. 210.

ff) Glossa I. P. S. ad d. art. 44.

gg) Grupenius Deutsche Alterthümer zur Erläuterung des Sächſischen,

auch Schwäbischen Land - und Lehn-rechts c. 1. §. 8. p. 11. sqq.

hh) Koppius Nachricht von der älteren und neuern Verfaßung der geistlichen und Civilgerichte in den Hessen-Casselschen Landen T. I. Seßt. 1. §. 20. p. 32. inest. §. 23. p. 41.

ii) Schilterus Exercit. ad D. XXXXV. §. 52.

kk) Haushildius Gerichtsverfaßung der Deutschen, wie solche vom 8. bis zum 14. Seculo üblich gewesen, §. 46. not. 1.

ll) Stürmerus Diff de annuali rerum immobilium praescripione Germanica (Altorf. 1747. 4.) Seßt. I. §. 7. not. 5. p. 8.

rus^{mm)}), eumdem ad res immobiles restringant; quorum quidem partibus nec ego adcedere dubitauerim. Nam, quod primum est idemque facile princeps huius coniecturae argumentum, articulus XXXXII, qui nostrum praecedit, controveriam super feudo, cuius iure ex mente Speuli Saxonici nullae res, nisi immobiles, censentur (§. 2.), exortam, sub eadem conditione, quam articulus XXXXIII. ut generalem regulam expressit, secundum possessorem decidi praecipit his verbis, ubi etiam vocabulum *Gut* occurrit: „*Hat aber ir ein eine rechte gewere an deme gute iar und tag gehat ane rechte wider sprache, her en verlust damete fin gut nicht, ab ime fin gewere abschwinden tut zu rechter gewereshافت;*“ quibus iungenda sunt, quae paulo ante leguntur: „*Swer so claget uf einen anderen man, her neme ime fin gut, daz ir icelich ime zu lene sagt.*“ Praeterea non solum articulus XXXXIII. ad praedium, de quo, vtrum feudale sit, an allodiale, disceptatur, pertinet, sed ipsius quoque articuli nostri pars ea, qua bonae fidei possessori fructus ante item motam percepti adjudicantur, vix aliam interpretationem admittere videtur. Adcedit, pleraque loca Statutorum veterum congrua, maxime vero Iura Susatensis, quae Speculo Saxonico antiquiora esse neminem fugit, difertam fundorum mentionem hac occasione facere; cui testimoniorum concentui non obloquitur Statutorum Hamburgensium, Rigenium atque Stadensis, res mobiles in urbem aduectas simul commemorantium, auctoritas, siquidem has leges vnicore fauorem commerciorum respicere, nec adeo de quibuscumque rebus mobilibus, sed de solis mercibus, negotiationis causia comparatis, adcipiendas esse, patet. Denique et ipsa vocabuli *Gut* significatio aeuo illi sollemnis, qua in primis

mm) Schroeterus l. l. p. 134.

primis fundum denotatⁿⁿ), nec raro rebus mobiliibus expesse opponi-
tur^{oo}, sententiam nostram egregie adiuuat. Sed licet concedamus tan-
tisper, res mobiles vel solas, vel vna cum rebus immobilibus in articulo,
quem nobis explicandum sumfimus, intelligi: verae tamen rerum
mobilium usucaptionis conjecturam exinde capi posse, audacter nego.
Constat enim, verbum *Gewehr*, in quo cardo disputationis versatur,
non uno sensu ab auctoribus librorum prisci iuris Saxonici adhiberi,
nec semper dominium aut proprietatem indicare^{pp}). Imo vocem
rechte Gewehr ad modum possidendi, minime vero ad perpetui domi-
ni securitatem, pertinere, ex Iure Provinciali Alemanno^{qq}), quod
locum nostrum plenius exhibet, colligi potest. Addit enim: „Die
(nempe die *rechte Gewehr*) fol im nyeman nemen, wann mit gericht.“
Quam interpretationem confirmant alia ipsius Speculi Saxonici capita,
velut articulus XXXXII. eiusdem libri: „Hat aber ir ein eine
rechte gewere an deme gute iar und tag gehet ane *rechte widersprache*,
her en verluset diamete fin gut nicht, ab ime fin gewere abswischen tut zu
rechter gewershaft, desti erz selbe verste nah sine *rechte*;“
nec non articulus XXXVIII. Libri III. qui clarius loquitur: „Swaz
der

nn) Exempla congeslit Haltau-
lius *Glossar.* Germ. b. v. quibus suf-
fragatur *Glossarium iuris Saxonici*, ad-
iectum *Speculi Sax.* editioni Ludo-
vianae, b. v. p. 634.

oo) Ut in *Iure Provinc.* *Siles.* Lib.
I. c. 14. diff. 6. in den Diplomar. Beytr.
zur Untersuchung der Schlesischen Rech-
te P. III. p. 16.

pp) *Glossarium iuris Saxonici* com-

mem. v. *Gewehr* p. 633. *Remissorium*
Iuris Sax. Provinc. Feud. et *Weichb.*
adiectum *Iuris Feudalis et Weichb.* editioni
Zobelianaæ, sub ead. v. *Grupe-*
nius l. l. c. I. §. 6. et 8. et praeci-
pue *Haltau*lius *Gloss.* Germ. v. *Ge-*
ware p. 702. fqq.

qq) I. P. A. c. 123. ed. Lahr. in
Corp. Iur. Germ. Senckenb. T. II.
p. 156.

der man iar und tac in rechten geweren nicht en hat, daz sal er zu hant verantwurten, ab man in belaget;“ vbi Glossa Germanica praeclare monet: „Er saget hie nicht, daß er gar nicht, sondern, daß er nicht zu hand antworten müsse: — wo er es aber nicht so lange in gewehren gehabt hätte, so antwortet er daran zu hand billig, sitemal er alsdann nicht mehr rechtens daran haben möchte, dann als viel der daran gehabt, welcher es mit verkaufen oder geben an ihn gebracht hat“ⁱⁱ). Iam si quis, quae modo obseruauimus, cum antiquissimo Iure Susatensiⁱⁱⁱ), vim der rechten gewehr his verbis: „si quis in eum agere voluerit, professor tactis reliquis sola manu obtinebit, et sic de cetero sui warandus erit, nec amplius supra praedictis grauari poterit“, declarante, comparauerit: manifestum erit, huiusmodi possessionis beneficio nihil, nisi necessitatem nominandi auctoris, regulariter cessasse^{iv}), quum e contrario professor anno nondum elapso conuentus, si auctor vadimonium deseruisset, aut defendere reum aperte defraclasset, caussa caderet^v). Annalis igitur possessionis, per testes,

quum

rr) Quae principia quomodo in ipsis rerum argumentis obtinuerint, ex Ordine Iudicario Ciu. Lib. I c. 23. in Corp. Iur. Germ. Senckenb. T. I. p. 157. (vbi itidem de solis fundis agitur) cognosci potest.

ss) *Ius Susat.* in Emminghausii Memorabb. Susat. p. 109. et 127.

tt) Quamquam enim *Ius Weichbild.* Magdeb. art. 69. ed. vulg f. art. 36. ed. Schott. auctoris nominationem etiam post annum videtur exigere, tamen ex verbis finalibus: „wanne ein

igflich man muz baz behalden erbegin, dan ein andir gecouft eigen, oder geben eigen, oder cingut muge behalten,“ colligimus, ibi sermonem esse de auctore, rem iure hereditario euincente, quod omnino potius esse debet diuturna rei possessione, nisi hio ab auctore suo satis defensus, aduersarii probationes infirmauerit. Cf. I. P. S. Lib. II. art. 43. ibique *Glossa Germ.*

vv) I. P. S. Lib. II. art. 42. Cf. Schilteri Exercit. ad. D. XXXV. §. 53.

quum facti sit, rite probatae ea fuit utilitas, ut reus ipse nunc suae possessioni aduersus quemlibet postea rem immobilem eiusdem tuendae sufficere videretur. Nolo tamen ire infinitas; possessionem hac ratione, in primis vbi, fundum sibi palam in iudicio traditum fuisse, adlegasset, dominum eiusdem irreuocabilem, praesulito prius iurecurando ad adserendum titulum possessionis legitimum idoneo, quod Koppio^{xx)} der Eid zum Inſez dicitum in Iure Caesareo^{yy)} ac Silesico^{zz)} accuratius describitur, fieri potuisse^{aaa)}. Sola vero possessio annualis absque huius sacramenti religione ad acquirendum dominium non magis profuit, quam ipsum iusfirandum reapse praestitum, si iudicialis traditio, ab auctore nominatim promissa, nondum subsequuta, aut aduersarius absens aliquo modo intra annum impeditus esset, quo minus rem suam tempestive vindicaret^{bbb)}. Quae quum ita sint, rechte Gewehr nihil aliud est, quam possessio, iusti tituli præsumptione munita, quae vtique in turbulentis istis temporibus, quum ius fere omne in armis esset positum, magni momenti esse debuit^{ccc)}; vt proinde latina Speculi Saxo-

D 2

nici
des herren rechte widersprache, ab der
man die rechten gewere daran ge-
zugen mag mit siben mannen,
des lenes gewere sterker her
alleine uffn beylingen, und be-
halb das gut ane gezug, ab man
mit rechten klage die gewere ime nicht
gebrechen en mac.“ Qui locus sen-
tentiam nostram mirifice illustrat.

bbb) Koppius l.l.

ccc) Qua in re præscriptionis an-
nalis originem omnino sibi visus est
reperiſe Io. Frid. de Tröltſch in li-
belli,

xx) Koppius Nachricht von der
Hessen-Caffelschen Gerichtsverfassung
T. I. Sect. I. §. 21.

yy) Ius Caesar. P. II. c. 90. in Corp.
Iur. Germ. Senckenberg. T. I. p. 63.

zz) I. Pr. Siles. Lib. I. c. 36. diff. 2.
in den Diplom. Beytr. P. III. p. 30.

aaa) Cf. I. F. S. c. 13. in Corp.
Iur. Feud. Germ. Senckenberg p. 270.
sq. ed. nouiss. „Ab der herre sume
mann verſachet gutes, das der man
in ſinen guren geweren hat ſechs wochen
und ein jar nah deme als erz enſine ane



nici versio vocem illam recte interpretata sit iustam possessionem. Nec ratione carent, quae Glossa Germanica hac occasione de triplici iustam possessionem adquirendi modo, puta, hereditate, alienatione et occupatione adserit; licet alias ius der rechten Gewehr et vscapionis confundere soleat. In primis vero tum ex hac, quam vidimus, iustae possessionis indole, tum ex annali spatio, cui retractus heredum ad euictionem procliviorum^{ddd)} esset adligatus^{eee)}, elucet causa, eur in vniuersa Germania euictionis praestatio ultra annum et diem exigi non potuerit^{fff)}, nisi propter exceptions, quas supra indicavimus, per longius tempus esset necessaria^{ggg)}. Hinc etiam Schiltero^{hhh)} die rechte Gewehr est plena et legitima posse, quam diligenter ab ipsa vscapione distinguit, dum ei solam vim facilioris probatrationis

belli, cui titulus: *Anmerkungen und
Abhandlungen*, T. I p. 134.

^{ddd)} Jus Henni Boehmeri Ex. de vſu et commidis paſti de praefanda euictione c. 2. §. 19. et 20. in Exercitatis ad Pand. T. IIII. p. 56 et 59. Haltaufii Glossar. Germ. v. Geweare p. 702.

^{eee)} Riccii Spec. iur. Germ. de præscriptione Germ. c. 11. §. 1. Walchii, Viri III. Abb. vom Närerrechte Lib. I. c. 5. §. 12. p. 265. sqq.

^{fff)} I. P. S. Lib. III. art. 83. I. P. A. c. 314. ed. Lahr. Ius Weicbb. Magd. art. 21. et 30. ed. vulg. Ius Cœfar. P. II. c. 106. in Corp. Iur. Germ. Senckenb. T. I. p. 71. Ius Prou. Siles. Lib. I. c. 37. difit. I. et c. 44. pr. in

den Diplom. Beytr. P. IIII. p. 31. et 40. Cf. Boehmerus l. I. Riccius

l. I. c. 11. §. 3. 5. et 8. Stürmerus Diff. laud. Seß. I. §. 13. Haltaufius

l. I. p. 703. sq. et Koppius l. I. §. 22.

^{ggg)} Koppius l. I. p. 36. sq. Cuiusmodi exceptions innuividenter iis

maxime locis, vbi venditor praedi, quoad viuit, ad euisionem eo nomine

praestandam obligari dicitur, vt

I. P. S. Lib. III. art. 83. I. P. A. c. 314. et I. Weicbb. Magd. art. 21. sub

fin. et art. 30. Cf. Glossa Iuris Weicbb. Magd. ad d. art. 21. et, quae ipse infra (§. 9.) addam.

^{hhh)} Schilterus l. I. §. 52. et 53.

bationis tribuit, neutquam vero, potuisse rem vel hoc modo posse-
fam adhuc euinci, negat. Quod tamen intelligendum esse tantum-
modo de possessor, qui iusurandum hac in re sollemne recusauerit,
aut de aduersario iusta silentii diuturni excusatione tuto, Kop-
piusⁱⁱⁱ⁾ recte monet, qui simul varia Iuris Saxonici, Alemannici
atque Caesarei loca, ad annalem possessionem spectantia, quae ad-
versa fronte secum pugnare videntur, dextre conciliat. Mihi autem
admittenda est sententia Grupenii^{kkk)}), qui annalis possessionis
aliam vim in praediis allodialibus, aliam in bonis feudalibus ac mo-
bilibus fuisse, eiusque beneficio, licet non illa, haec tamen protinus
vifucapi confueuisse, statuit. Praeterquam enim, quod, quantum
fea adtinet, auctoritas Iuris Feudalis Saxonici^{lll)}), quo iurandi
necessitas possessori disertis verbis imponitur, huic interpretationi
obstat: ne ipse quidem loquendi vifus ferre videtur, vt eadem voce
indoles rerum diuersarum dissimillima significetur; a quo tamen vitio
vis sibi cauisset auctor Speculi Saxonici, si, quod Grupenius vult,
annalis possessionis duplex fuisset vis, generalis altera, quae defectum
auctoritatis idoneae suppleret, altera specialis, rebusque feudalibus
atque mobilibus propria, quae ad vifucapiendum prodesset, Repgo-
vius vero vtramque in vnam formulam coegisset. Grupenius
igitur, vt paucis dicam, in hanc opinionem forte adductus est arti-
culo, quem §. 3. explicare adgressus sum, XXVIII. Libri I. Iuris Saxonici,
quo quam regulam vniuersalem de praescriptione tricenaria rebus

D 3

immo-

iii) Koppius I. l. p. 37.

kkk) Grupenius Deutsche Al-
terthümer zur Erläuterung des Sächsi-
schen, auch Schwäbischen Land- und

Lehnrechts. c. I. §. 8. p. II. sq.

lll) I F S. c 13. in Corp. Iur.
Feud. Germ. Senckenb. p. 271.

immobilibus adcommodata tradi sibi persuasisset, ne aliud praescriptionis tempus in rebus eiusdem generis articulo XXXXIII. introductum videretur, distinctione subtiliori interposita concordiam inter utrumque locum restituere tentauit. Vbi vero, articulum XXVIII. de certa dumtaxat praescriptionis specie, in causis hereditariis recepta, loqui, sumimus, nulla amplius supererit difficultas, siquidem utrumque articulum ad diuersos et possidendi, et possessionem ab altero occupatam impugnandi modos spectare adparebit.

§. 6.

Quemadmodum autem ex iis, quae, adhibita idoneae interpretationis luce, disputauimus, satis, nisi fallor, perspicitur, singula, quae vulgo pro instituti nostri antiquitate adferuntur, iurisprudentiae mediae testimonia ita esse comparata, ut regularis, qualis hodie vigeat, rerum mobilium usucatio nullum in ipsis praesidium reperiat; ita ex vniuersa iuris, quod olim in Germania praesertim septentrionali obtinuit, disciplina colligere mihi videor, aeuum illud partim a tali praescriptione plane abhoruisse, partim ea supersedere commode potuisse. Quod ut euincam, placet argumenta sententiae paullo altius repetere et rei iudiciae veteris rationibus, quarum in hoc quidem loco tanto maiorem oportuit esse vim, quo certius constat, maioribus nostris, si quae ipsis innoverit praescriptionis notio, semper eam visam esse fungi officio exceptionis, qua rei vindicatio excluderetur^{a)}. Quodsi igitur probatum dedero, pro iudici-

a) Simile quid iam *Io. Ge. Est or in der deut. Rechtsgeschichte T. II. §. 2872.* suscipitus est. Potuit quidem, licet, ratus evenire, ut qui rem su- cepisset, eamdem ipse postea a tertio posse fore repetret. Quum vero tempore medii aevi, ut statim demonstrabitur, rei praeципuae essent partes

diorum, qualia in terris potissimum iuris Saxonici quondam frequentata sunt, more extra species, quas §. 3. et 4. recensuimus, possessorem rei mobilis aut quoquis tempore a domino eiusdem potuisse conueniri, aut citra temporis observationem ab ipso statim possessionis initio aduersus huius petitionem secturum fuisse: vsuacionem rerum mobilium eiusmodi, qualem vulgo intelligimus, tunc quidem, siue quod iuri recepto contraria, siue quod superflua esset, plane exsulasse, necessario consequetur. Vnde etiam de causis, cur vetustiores iuris patrii codices talem praescriptionem ad unum omnes ignorant, facile constabit.

Ac vindicationis quidem rerum mobilium (immobilium enim plane alia fuit persequutio^{b)}, teste Ordine Iudicario Ciuli^{c)}, duplex olim celebrata est species, quarum altera intra vulgaris *actionis* fines subsistebat, altera modo, qui vocatus est *Anfang*, exercebatur. Qui ipse rursus fuisse videtur diuersus, prout aduerarii, apud quem res litigiosa vindicaretur, obligatio ex delicto^{d)}, aut ex sola possessione nata diceretur. De hoc, non de illo vindicularum genere, nunc disseri-

partes in subeundo probationis onere, isque ea pro more illius aetatis multo facilius defungi posset auctore, cuius propter receptioni iuris auctoritatem hodie est docere dominum suum: reus olim aut absoluendus fuit, (vbi nulla amplius haberi potuit vocationis ab auctore asserta ratio) aut, si in probatione defecisset, et auctor, iniuriam se rei possessione excidisse, iurasset, condemnandus; quo causa non magis opus fuit, ut in causam dominii,

vsuacionem puta, diligentius inquiretur.

b) Cf. in primis *Io Henr. de Berger* Diss. de contravindicacione §. 19. et §. 23.-26. in *Supplm. ad Electron. Disceptat. forens. P. II.* p. 1809. fqq. ed. nouiss.

c) *Ordo Iudic. Ciui. Lib. I. c. 11.* in *Corp. Iur. Germ. Senckenberg. T. I.* p. 140.

d) *Ordo Iudic. Ciui. Lib. I. c. 33.* *Ibid.* p. 170. sqq.

serendum. Quarum ea fuisse videtur ratio, vt, nondum in ius vocato aduersario, sciente tamen iudice institutae, rei sine litis ambagibus recuperandae inferirent, et ipsam eius vindicationem quasi praepararent^{c)}; quare, si Ordinem Iudicarium^{f)} et Scabinos veteres^{e)} audimus, etiam ad alias res, praeter furtivas et vi ablatas, spectauerunt, licet negari nequeat, verba *Anfang* et *anfangen* rebus eiusmodi frequentius adcommodari^{h)}. Quod vindicarum genus, sicut omnem de rerum mobilium vindicatione, moribus maiorum recepta, doctrinam Ius Saxonum Prouincialeⁱ⁾ ita illustravit, vt, quotquot viri docti ad celebrem hunc iurisprudentiae mediae locum commentati sunt, e quibus Bergerum^{k)}, Nic. Hier. Gundlingium^{l)} et Vincent. Rumpffium^{m)} nominasse sufficit, Speculi nostri

e) *Ordo Iudic. Ciu.* Lib. I. c. 17. *ibid.* p. 149.

f) *Ordo Iudic. Ciu.* d. c. 11. sub fin. et c. 14. sub fin. *ibid.* p. 145. Cf. Beni. Cphb. Grashofii *Syllabus vocum obsoletarum aut obscurarum in Codd. des Kaiserrechts et Richtsteigis Landrechts occurrentium, v. Anfangen; ibid.* T. I. p. 311.

g) *Sorenenia Scabin. in den Diplomatis. Beyträgen zur Untersuchung der Schlesischen Rechte und Geschichts P. VI.* p. 129. vbi vocabulum *anfangen* de iudicio familiae ericfundae, reatum utensilium nomine instituto, visuratum est.

h) *Ius Prouinc. Silf.* Lib. IIII. c. 13. pr. in den *Diplom. Beytr. P. V.* p. 9. Ceterum cf. Grupenii Deut-

sche *Altersbücher zur Erläuterung des Sächsischen, auch Schwäbischen Land- und Lehnsrechtes c. 6.* p. 102. sqq. Haltaufl. Gleßfar. Germ. vv. *Anfang* et *Anfangen* p. 25. sq. Car. Ferd. Hommeli *Iurisprudencia numismatibus illustrata* c. 74. p. 185. sqq. et Dreyeri *Nebenstunden* p. 381.

i) *I. P. S. Lib. II. art. 36.*

k) *de Berger Diff. laud.* §. 17. l. l p. 1807. sqq.

l) *Gundlingius Ex. de rei vindicatione ex iure Rom. et patro c. 2. §. 9.* in *Eiufd. Exercit. acad.* p. 877.

m) *Rumpfius Diff. de rei vindicatione e iure Rom. arque Hamburgenfi* (Götting. 1764. 4.) *Seet. II. §. 25.* p. 97. sqq.

nostri testimonio partes praecipuas deferre non dubitauerint. Ait enim: „Mit des richters urloube muß her (actor) s̄n gut wol anevangen mit rechte, wil aber iene s̄n gut weren ime, e ez vor daz gerichte kome, so bite her in wider kerem vor gerichte; weigert her des, her schrie in daz geruchte an, un grife in an vor sinen dieb, als ab die tat hanthaft si, wands her sich schuldic hat gemacht mit der vlucht. Kumt aber iene dankes vor gerichte, her sal sich underwinden sines gutes zu rechtle. Spricht aber iene da wider, ab ez lachen ist, her hab ez geworcht lazen, oder, ab ez ein phert ist, oder vihe, her hab ez in sine stale gezogen, her muß ez mit merene rechte behalden iener, der ez in geweren hat, ab erz selbe dirte s̄iner gebure gezugten mag, den iener, der ez geanevangel hat. Spricht aber iener, her habe ez gekouft uf deme geneynen markte, her en wizze wider wen, so ist her der dube unschuldic, desto her die tat bewisse und s̄n recht dar zu tun. Sine phenninge verlufet her aber, die her dar umbe gab, und iene beheld s̄n gut, daz ime verstoß oder abgeroubet was, ab her sich dazu zihet selbe dirte ussen heiligen volkommen lute an irme rechte, die das wizzen, daz ez ime dubliche oder roubliche abgeloset sie. Saget aber iene, ez sie ime gegeben, oder her habe ez gekouft, so muß her benumen s̄inen geweren, wider den erz gekouft habe, und die stat, da her ez koufte, her muß aber sworen, daz he zihet zu rechter zucht, so muß iene ime volge über virzehn nacht, swo he zihet, ane über schiffriche wazzer, wirt erz gewert, als recht ist, der gewere muß antwurten in s̄iner stat vor ez gut, wirt aber ime bruch an deme geweren, her muß daz gut mit buze und mit gewette lazen, und zihet man in roubes oder dube daran, des muß her sich entschuldigen nah rechte. Verlusset her ouch iene, der daz aneavangel hat, her muß ez lazen mit buze und mit wette. Man muß wol zihen usse mangen geweren,



weren, der eine uffe den anderen alfo large, wenz man kome uffe den, der ez in sine stalle gezcogen habe, ab ez vihe iſt, oder ez ſelbe gezuget habe, ab ez gewant iſt. Selbe diſte ſat he ſich darzu zihen, der ez geanevanget hat, ab ienem bruch wirt an deme graveren. Under deme daz gut geanevanget wirt, der ſal ez behalden in ſinen geueren, wand ez ime mit rechte angewunen werde.“ Qui luris Saxonici Prouincialis locus, quocum Ius Weichbildicum Magdeburgenſeⁿ), Ius Prouinciale Silesicum^p) et nonnullae Sententiae Scabinorum yetuſtiores^p) reapse conſentint, quamquam de ſola rerum furtivarum et vi raptarum vindicatione loquitur, tamen non ſine ratione ad vniuersas, quibus res a domino inuitio amifiae repetuntur, actiones extenditur, maxime quum Ordo Iudicarius Ciuilis, ut ſupra vidimus, uſum litis vindicarum (*Anfang*) latius patuiſſe monuerit. Quare priscus vindicandi ritus, quod huius loci eſt, paucis ſic deſcribi poſſe videtur. Possessoris, qui in ius vocatus rem litigiosam actori reſtruere recuſauerat, ante omnia fuſt demonſtrare, quo iure ipſe eam adquiuiffet. Quem in finem prodita erat *contrauidatio*, in iudiciis Germanicis iam inde ab antiquissima aetate follemnis^q). In qua tot ſane exceptiones a reo allegari potuerunt, quot eo tempore tituli idonei viſi ſunt ad legitimam rerum mobiliūm poffeſſionem conſequendam. Legitime autem poffidere exiſti-

maban-

- n) *Ius Weicbb. Magd.* art. 130. et chii, Viri III., *Vermiſchen Beyträg*
133, ed. vulg. l. art. 48. ed. Schott.
o) *Ius Prouinc. Siles.* Lib. III. c. 8. gen zu dem deutſchen Rechte T. VIII.
p) *Ius Prouinc. Siles.* Lib. III. c. 8. p. 275. fq. et in den *Diplomat. Beyer*.
diſt. 3. in den *Diplomat. Beyer*. P. IIII. P. VI. p. 99. 107. et 120. fq.
p. 89. fq. et Lib. IIII. c. 13. diſt. 2. q) *Vid. de Berger Diff. laud.* §.
ac 6-10. *ibid.* P. V. p. 9. fq. 11-15. l. l. P. II. p. 1803. fq. et
p) *Sententiae Scabinor.* in Wal- Rumpffius l. l.

mabantur ii maxime, qui inuentione, emtione, donatione^{r)}, vi
iusta furibus aut praedonibus illata, successione hereditaria, vel de-
nique sua industria rem mobilem sibi comparassent. Hos enim sex
adquirendae iustae possessionis modos Ordo Iudicarius Ciuilis^{s)}, ad-
curatior ea in re ipso Iure Saxonico Prouinciali et Weichbildico, non
enumerauit solum, sed etiam prolixo commentario illustravit. E
quibus emtioni et donationi hoc singulare inerat, vt a reo, alterutra
exceptione vso, auctor ante omnia esset nominandus; quum alias,
v. g. si animal, de quo lis esset mota, apud se educatum^{t)}, aut vesti-
mentum sua lana contextum, aut vasa ex suo aere constata esse^{v)} ad-
legasset, ipse reus statim suo duorumque consacramentalium iureiu-
rando defendere se adigeretur. Quid, quod etiam tunc, quum rem
in foro publico emissle se reus excepsisset, prouocatione ad auctorem
opus fuit eatenus, vt, eo haud nominato, licet reus emtions titu-
lum, suamque proinde innocentiam sacramento confirmasset, tamen
causa caderet, modo auctor furtum sibi factum sua testiumque re-
ligione ad liquidum perduceret^{x)}. Solius auri argenteique infecti,
nec non mercium venalium alia secundum Ius Weichbildicum Mag-

E 2

debur-

r) De hac enim intelligo verba ge-
daen goit, quibus Ordo Iudic. Ciu.
Lib. I. c. II. et c. 14. l. l. T. I. p.
140. sqq. vtrum, quam interpretatio-
nem adiuuat tum Codicis, qui ibi
pro geduen legit gegbin, tum Iuris
Prouincialis Saxonici, gegbin haben-
tis, auctoritas. Grashofius vero
et in versione latina vtriusque loci,
et in Auctario Syllabi vocum obsoleta-

rum exc. vocem illam reddit per: bo-
num commodatum.

s) Ordo Iudic. Ciu. Lib. I. c. II.
17. l. l. T. I. p. 140-150.

t) Cf. Sententiae Scabin. in den
Diplomatisehen Beytr. P. VI. p. 99.

v) Aliud exemplum proponitur
ibid p. 101.

x) Clarissime hanc in rem loquitur
Sententia verus Scabin. ibid. p. 107.

deburgense^{y)} fuit ratio; siquidem huiusmodi rerum possessorem satis visum est qualicumque dominii demonstratione, auctore non expectato, defungi. A quibus caussis si discesseris, semper auctori lis ita fuit denuncianda, vt, postquam prius reus de calumnia iurauerat^{z)}, auctor eum per quindecim dies, quocumque se verteret, nisi flumen traiciendum esset, sequi teneretur, donec auctor copiam sui fecisset; cui si rursus alius esset auctor, a quo ipse rem adecepisset, etiam hic eodem, quo prior auctor, modo inuestigandus fuit, donec tandem peruentum esset ad eum, qui auctorem amplius excitare non posset, siue quod e nullius, siue quod ex auctoris ipsius manu rem consequutus esset. Qua via si is, qui primus rem legitime adquisuerat, innotuisset: non solum reus absoluebatur^{aa)}, sed etiam auctor in emendam et reo et iudicii praestandum condemnabatur^{bb)}. E contrario, si reus in probatione defecisset (defecisse autem videbatur is quoque, qui nullum plane auctorem nominare poterat^{cc)}), hic actori, postquam damnum sibi per furtum illatum interposito sacramento et adhibitis testibus plene probauerat^{dd)}, rem itidem cum emenda redere

y) *Ius Weicb. Magd.* art. 131. et bin. in den *Diplom. Beytr.* P. VI. p. 132. ed. vulg.

z) *Bergerus l. I. §. 17. p. 1808.*
addit, reum præterea cauere debuisse de re victori restituenda, cuius tamen stipulationis vestigia nec in Speculo Saxonico, nec alibi occurrent.

aa) Patet id ex *Sententia antiqua Scabin. Magdeb.* quae exstat apud Walchium, V. Ill., T. VIII. p. 276.

bb) Hoc docet alia *Sententia Scabi-*

bin. in den *Diplom. Beytr.* P. VI. p. 121.

cc) Huc referri potest locus *Iur. Prou. Silef.* Lib. IIII. c. 13. dist. 6. *ibid.* P. V. p. 9. vbi ramen, vtramque multam cessasse, si reus ignore se, a quo rem emerit, iurato adfeuerat, obseruat.

dd) Quod iufiurandum, maxime quam animalia vindicabantur, tacta re ipsa, in iudicium deducta, præstari consuevit, vt *Ius Weicb. Magd.* art.

dere iubebatur^{ee)}, vt tamen integrum ei esset, auctorem, si quo
vteretur, euictionis nomine conuenire^{ff)}, nisi donationis titulo rem
adcepisset^{gg)}, aut iuri euictionis praestationem exigendi ipse re-
nunciasset^{hh)}. In ipsius autem rei possessione pendente lite reum
perstisste, diserta Iuris Prouincialis Saxoniciⁱⁱ⁾ et Silesici^{kk)} testi-
monia docent; licet alius Iuris Saxonici locus^{ll)}, quo ea auctori, vs-
que dum reum defendenter, addicitur, contrariae sententiae, quae
etiam Schiltero^{mm)} placuit, magis fauere videantur. Quem ta-

E 3

men

art. 133. ed. vulg. s. art. 48. ed. Schott. et *Glossa I. P. S.* ad d. art. 36. p. 250. ed. Gaertn. tradunt. Formula vero sacramenti legitur tum in d. art. *Iur. Weichb. Magd.* sub init. tum in *Iure Prouinc. Siles.* Lib. IIII. c. 13. dist. 2. l. l. P. V. p. 9.

ee) Cf. *Sententiae Scabb.* in Nott. aa. et bb. excitatae.

ff) *Ordo Iudic. Ciu. Lib. I. c. 13.* in *Corp. Iur. Germ. Senckenberg. T. I. p. 143.*

gg) *I. P. S. Lib. III. art. 83.* sub fin. iunct. *Iure Weichb. Magdeh.* art. 30. ed. vulg. Cf. *Io. Ge. Scherzii Not. ad I. P. A. c. 314.* in *Corp. Iur. Germ. Senckenb. T. II. p. 370.* vbi locutus, quem dixi, Iuris Saxonici re-
gulus, quam a Schiltero Exerc. ad D. XXXIII. §. 27., explicatur. Pro-
vocatione tamen ad auctorem ne do-
natarius quidem supercedere potuit,
si auxilio donatoris a fraudis suspicione

se purgare, vel adeo rem ipsam ob-
tinere vellat; quum sola donatoris ob-
ligatio ad praefandam euictionem, vt
iure Romano, exsularet.

hh) *I. P. S. Lib. III. art. 4.* sub fin. *Ordo Iudic. Ciu. I. l. e* quibus locis simul intelligitur, pactum de non praefanda euictione nec Germanis olim incognitus fuisse. Idem exempli-
plo tabulæ ab *Io. Pet. de Ludewig Reliqui. MSS. T. VII. p. 480.* feruac-
tia iam Boemus vterque, *Iust. Henn.* quidem *Ex. de ejū et commodis pauci de præstantia euictione c. 2. §. 24.*
in *Exercit. ad Pand. T. IIII. p. 64.* *Ge. vero Ludouicus, Vir III., in Praef. bui, Tomi §. 23. p. 85.* obseruavit.

ii) *I. P. S. d. art. 36.*

kk) *Ius Prou. Siles.* L. III. c. 8. dist. 3. l. l. P. IIII. p. 90. iunct. Lib. IIII. c. 13. dist. 9. *ibid. P. V. p. 10.*

ll) *I. P. S. Lib. III. art. 83.*

mm) Schilterus l. l.

men Speculi Saxonici articulum si cum plane simili Iuris Weichbildici Magdeburgensis capiteⁿⁿ), quod his verbis conceptum est: „Man soll aber ienem das gut lassen in seine gewer, der es kauft hat, und diesem zu behalten und zu verliesen, dieweil ers vertreten soll.“ comparaueris; valde probabile fit, quod iam dudum Scherzio^{oo}) suboluit, textum utriusque Speculi hoc loco corruptum et e Iure Magdeburgensi, quod non solum reliquis fontibus, sed ipsi quoque rei naturae melius conuenit, emendandum esse; quamvis nec huius Codicis verso, Speculi Saxonici παρεμβασιν haud accuratiorem procul dubio sequuta, ab illo errore abstinuerit, locum hunc latine sic exhibendo: „res tamen illa, pro qua litigatur, ad manus tradi debet venditoris, ad commodum vel damnum, quamdui illam defendere valeat.“

Neque vero solum in rebus, *in scio* vel *in uito* domino ablatis, modus vindicationis is, quem descripsimus, fuisse videtur sollemnis; sed etiam, licet effectu diuerso, tunc, quum ipse dominus sua se possessione, puta, rem commodando, aut deponendo, aut oppignorando, sponte abdicasset, eaque possessio ad alium translatu esset. Certe et hic eo magis necesse fuit nominari auctorem, aut, si res in plurimum manibus fuisset, singulos, suo quenque ordine, quum ipsius adeo paroemiae notissimae: „Hand muss Hand wahren,“ que maxime in iuris Saxonici medii monumentis^{pp}) frequentatur, origo ex eadem consuetudine repetenda sit, vt post Io. Nic. Hertium^{qq})

Gund-

ⁿⁿ) *Ius Weichb. Magd.* art. 30. *Ius Prout. Siles.* Lib. III. c. 13. dist. ed. vulg.

^{oo}) *Scherzius l. l.*

4. et 13. L. l. P. V. p. 9. sq.

^{pp}) *I. P. S. Lib. II. art. 60. Ius Germ. Lib. I. c. 18. §. 2. in Comm. art. Weich. Magd.* art. 114. ed. Schott. que Opt. sec. Vol. II. T. III. p. 281. sq.

Gundlingius^{rr)} in primis et Rumpfius^{ss)} praecipare obserua-
verunt. Fieri enim non potuit, quin hac via tandem veniretur ad
eum, cui actor ipse rem tradidisset, quique proinde solus eius nomi-
ne teneretur. Cuiusmodi iudicij ea fuit indeoles, ut, simul atque
actor rem ex sua possessione ipse dimisisse intelligeretur, reus ab
omni euictioris metu securus praefaretur. Quid quod ex genuina
huius regulae, promouendis commerciis rescidendisque litium am-
bagibus aptissimae^{tt)}, sententia, a qua tamen Iura nonnulla statu-
taria recentioris aevi plus minusve recesserunt^{vv)}, ne bona quidem
fide iustoe titulo tertius possessor opus habuisse videtur, dummodo
auctor, a quo rem consequutus esset, eum, sicut par esset, defen-
deret^{xx)}. Quod colligere mihi video non modo ex ratione regulae,

in

rr) Gundlingius *Ex. laud. c. 2.* §. 9. in *Exercitari. acadd.* p. 877.

ss) Rumpfius *Diss. laud. Sect. II. §. 25. p. 99.*

tt) Cf. Ioach. Potgiesteri *Tr. de
indole et natura pignoris quondam ins-
genium, iura et confuerudines Germaniae*,
Sect. II. c. 2. §. 9. p. 135. lqq.
Fischeri *Geschichte des deutschen
Handels* T. I. c. 55. p. 798. ed. II.

vv) V. c. *Stat. Hamburg. nouiss.* P. II. tit. 2. art. 7. vbi iufi tiruli ex-

pressa sit mentio, quam a Codicibus

eiudem iuris veterisfloribus abesse, iam

Rumpfius *Diss. laud. Sect. II. §. 27.*

p. 105. animaduertit.

xx) In contraria partes nihilomi-

nus abieciunt non solum omnes fere,

quotquot adire licuit, Iurisconsulti
patrui antiquiores, ut Marib. Cole-
rus *Deciss. Germ.* P. I. Dec. 7. n. 7.
lqq. Dan. Meuius *Comm. ad Iur.*
Lubec. Lib. III. tit. 2. art. 2. n. 29.
Hertius *Diss. decennutionibus domi-
nii translatiis* §. 29. (in *Commentarii
argu. Opusc.* Vol. I. T. III. p. 61.)
et Io. Amfelius *Diss. de rationabili-
tate canonis: Hand mus: Hand wab-
ren* (Regiom. 1698. 4.) §. 44. sed
etiam, saltem quod usum regulae ho-
diernum adinet, e recentioribus Ric-
cii Spec. *de praecriptione Germanorum* c. 6. §. 4. p. 74. lqq. et Exam.
polem. doctrinae de dominio pignoris
Germanici in creditorem translati §.
10. p. 19. Ioach. Luc. Steinius in
der

in Iure Lubecensi aliisque priscis Statutis expressa, qua, dum quisque fidem eius, cui semel credidit, sequi iubetur, magis ad dominum, quam ad tertium possessorem, respicitur, verum etiam ex *oppignorationis* exemplo, modis, quibus tertio conferri a commodatario etc. possessio possit, ab auctore Speculi Saxonici adnumerato; cuius manifesta ea est natura, ut neque bona fidei locum faciat, neque iusti tituli vice fungatur, nisi minus probabilem eorum, qui dominium pugnioris in creditorem olim transiisse statuunt, opinionem amplecti velimus.

§. 7.

Quae quum ita sint, facile, puto, constabit de causa, cur non solum Ius Saxonum Prouinciale^{a)} et Weichbildicum^{b)}, sed etiam alia mediae iurisprudentiae monumenta^{c)} perpetuam euictionis praestandae

der Abhandlung des Lübischen Rechts 638.) et *Anz. Dier. Gütschouium*

Lib. III. tit. 2. §. 72. not.*** (T. III. Diff. de studiis Lubecensium promoviendi commercia, in primis nomothetiae auxilio (Gotting. 1788.) §. 10.

p. 116.) *Ge. Heur. Ayerus Comment. Commodari et pugnioris secundum iure statutariorum comparatio* §. 1. (in *Opuscul. Syll. nou. p. 142.*) Rumpfius I l. p. 107. Ern. Lud. Aug. Eisenhartus, Vir III., in *Nat. 3. ad Patris Grundsätze der deutschen Rechte in Sprachwörtern Sed.* III. n. 9. p. 348. (vbi tamen Steinius differentientibus male adscensetur) atque *Car. Ge. Curtius* Diff. de rei vindicatione iure Lubecensi artis admodum limitibus circumscripta (Ien. 1794. 4.) §. 6. 7. Neminem, nisi Heinricum Element. iur. Germ. Lib. II. tit. 13. §. 368. not.² (T. I. p. m. fremde habe, procul dubio legendum:

a) I. P. S. Lib. III. art. 83.

b) *Ius Weicbb. Magdeb.* art. 30. ed. vulg.

c) V. c. I. P. A. c. 314. inter *Additiones* ex Schilteri *Thebaro editioni* Labrianæ *inserreas;* *Ius Provinclie Siles.* Lib. I. c. 32. pr. in den *Diplom.* Bayr. P. III. p. 28. (vbi tamen loco:

standae obligationem venditoribus rerum mobilium imponant. Vix enim emitor auctoris sui praesidio carere potuit, siue actor rem litigiosam sponte in alterius possessionem concessisset, siue eam inuitus amisiisset. Hinc Ius Silesicum^{a)} non sine ratione, possessorum a venditore tuendum esse vor allen anfang, addidit. Cuius consuetudinis originem Glossa^{c)} e constitutione quadam Ottonis M. repetit, cui controversias inter Iureconsultos super tempore usucapiendarum rerum mobilium agitatas caussam dedisse narrat. Quid, quod Schilterus^{f)}, subtilissimus iuris Germanici interpres, vestigia eius sanctionis in ipsis Langobardorum legibus, quales hodie supersunt^{g)}, vi-
sus est sibi reperisse; in qua tamen coniectura proponenda OttoneM. Secundum cum Primo confudit, siquidem locus ab eo excitatus non hu-
ius, sed illius nomen prae se fert. Evidem Glossae fidem, quam alii^{h)}

in-

dum: *farende babe*^{b)} et Lib. IIII.
c. 13. dist. II. *ibid.* P. V. p. 10. nec
non *Leges Goslarientes* tit. *van an-*
vange art 17. in *Leibnitii Scripto-*
ribus rer. Brunfuc. T. III. p. 531.
Vnde simil patet, debitam huic loco
diligentiam haud adhibuisse Haltau-
siūm *Glossar Germ. v. Geware* p. 704.
sq. qui istam enuntiationis quoquin tem-
pore a venditore rerum mobilium exi-
gendas facultatem nullibi extra Ius
Goslariente a se obseruatam esse scri-
perint.

d) *Ius Prou. Siles.* d. Lib. IIII.
a. 13. dist. II.

e) *Glossa Germ. ad dd. artt. I. P.*
S. et Iur. Weichb. Magd.

f) *Schilterus Exercit. ad D.*
XXXIII. §. 26.

g) *Lex VII. Ottonis II.* (seu secun-
dum alias Lib. II. tit. 28. L. 5.) in
Barbarorum Legib. antiqua ex rec. Pau-
li Cancianii Vol. I. p. 232.

h) *Petr. Heigi Quaest. iur. ciu.*
et *Sax. P. I. Qu. 8. n. 30. Christ. Hä-*
nacius in der Vorbereitung zur Sach-
sischen Rechtsgelehrbeit Cap. IIII Sect.
II. §. 50. 51. p. 161. et *Grüpe-*
nius in der Vorläufigen Antwort auf
der von Seuckenbergs Visions de collectio-
nibus legum Germanicarum §. 2. in
Schottii Sammlungen zu den deutseben
Land- und Städterechten T. II. p. 211.
sq.

F

inconsultius, vt videtur, sequuntur, aliiⁱ⁾ rectius labefactare student, nunc in medio relinquo, licet medii aevi scriptores, si cui instituto ab auctore dignitatem conciliare vellent, eius originem ad imperium Ottonis M. subinde retulisse, haud ignorem. Quidquid autem sit, illud saltem ex obligatione, quam dixi, venditoris prono fluit alueo, rem ipsam mobilem, cuius iacturam dominus iniutus fecisset, quois tempore euinci, nec vñquam vñscapi potuisse. Quam perpetuae auctoritatis vim vsu quoque forensi istorum temporum comprobata fuisse, non obscure intelligitur e verbis Ordinis Iudicarii Ciuilis^{k)}, quae sequuntur: „Spreke euer die were (id est, auctor factam a se venditionem confessus): Her richter, jk bide eens rechter, na den dat hüt jn sūnen weren heuet gehadt twintich Iaie, fünt der tyt, dat Ickt oen verkochte, off ick oen yet volwaert hebbe, off wat dair een recht ome fü: So segge du: Her richter, Des tye ick an v, dat hie my des kopes bekent, euer bidde eens ordels off hüs my to rechte yet waeren sülle, die wile die haue leuet? Dat vñnt men dit.“ E contrario si praescriptio securum praestitisset reum ab actoris petitione, non sine summa iniustitate emtor venditorem, elasto spatio vñscioni praefinito, euictionis nomine conuenisset (quod tamen iure factum esse, Ordo Iudicarius Ciuillis clare docet), quim reus nemini, nisi sibi ipse imputare deberet, quod, exceptione luculenta haud ad-

lega-

- i) Courtingius Tr. de origine Ayrerus Diff. de aetate Speculi Saxoris Germanici c. 18. sub init. Tho- nici §. 3. in Chrift. Hscr. Gottl Ko- mafius Delineat. biflor. iur. ciu. §. chy, V. Conf., Tbcf. iur. Sax. T. L. 87. in Chrift. Gottfr. Hoffmanni Hift. iur. Rom. Ifsf. Vol. I. P. II. p. 14. ed II. Iac. Fr. Ludouici Praef. praem. Iuri Provinc. Sax. §. 4. et 143.
- k) Ordo Iud. Ciui. Lib. I. c. 13. in Corp. Iur. Germ. Sackenb. T. I. p.

legata, vietus abierit. Cuiusmodi argumenti, ab euictionis perpetuo exigendae facultate ad illius periculum continuum et proinde cessantem praescriptionem ducti, exempla similia non solum apud *Paul. Matth. Wehnerum*^{l)}, *Stürmerum*^{m)} et *Rumpffium*ⁿ⁾ obvia sunt, sed etiam in nonnullis iuribus statutariis, vt *Longofalensis*^{o)} et *Neomonasteriensibus*^{p)}, leguntur^{q)}.

Quemadmodum igitur peculiari rerum mobilium vscapioni in cauissis, quas vidimus, locus esse non potuit: ita in ceteris speciebus, vbi dominus re sua sponte se abdicasset, eiusque possessionem in alterum transtulisset, ne opus quidem ea fuisse, e paroemiae: *Hand muss Hand*

F 2

wah-

l) *Wehnerus Practicar. iur. Observari. v. Gewehr p. m. 171.*

m) *Stürmerus Diff. laud. Seßt. II. §. 4. p. 30.*

n) *Rumpfius Diff. laud. Seßt. II. §. 27. p. 106.*

o) *Star. Longofalensis d. a. 1556. art. 13. in Walchii, V. Ill., Beytr. zu dem deutschen Rechte T. VII. p. 280. sq.*

p) *Neumünstersche Kirchspielbräuche art. 40. in Dreyeri Sammlung vermeßter Abhandlungen zur Erläuterung der deutschen Rechte und Alterthümer T. II. p. 1086.*

q) Ipsum adeo *Ius Prvinc. Alemanicum*, licet in alia d. capitis 314. particula, argumentationis huius vim adgnoscere videtur, dum ait: „wer eyn gur eynem mann gibt zekauften, das warend gut beyffet, der sol sein wer sein drey iare und eyuen tag (ergo ad

idem tempus, quod rebus mobilibus vscapiendi praestitutum esse, c. 269. ed. Lahr. monuerat), der im lande ist, über wie lang er kommt, er muss darüber anzuwerten.“ Quem quidem locum cum altera, quam supra excitavi, eiufdem capituli clausula conciliare nescio, nisi diuersos vtriusque autores fingas; cui conjecturae aliquid ponderis adcedit ab eo, quod clausulam posteriore ex Additionibus editionis Schilterianaæ a Lahr in contextum receptam esse constat. Forte igitur restricta in Speculo Sueicæ ad tempus praescriptionis ibidem definitum euictionis praestandae necessitas eamdem habet rationem, quam doctrina de peculiari rerum mobilium vscapione d. cap. 269. proposita, cui ius Romanum anfam praebuisse, nemo facile negauerit.

wahren, vſu genuino, qui ad sola bona mobilia pertinuit^{r)}, recte colligimus. Cuius quum ea esſet vis, vt quemlibet reum, nisi ab ipso acto re cauſam poffitionis haberet, ab euictionis metu tutum praefaret tantum abſuit, vt temporis auxilio egere crederetur is, qui talem aetatem repellere vellet, vt in poffitione licet nouifima aduersus dominum quamuis legitimum defendere fe poffessor quandocumque poffet. Nec fugit haec limitum, quibus vſuſionis vtilitas olim in Germania fuit circumscripta, ratio Ricciūm^{s)}, Steinium^{t)} et Ayrerūm^{u)}.

§. 8.

Quibus noſtræ ſententiae argumentis, ex ipſa rei natura hauſtis, nonnullae adcedunt obſervationes, quas diligenter mediae iuriſprudentiae ſtudium ſuppeditat. Sic, quoties in prīciſis monimentis vſuſionis mentio quum vniuerſe, tum maxime intermodos adquirendi amittendue dominii fit, de nulla ſere re, niſi de fundis, ferro eſſe ſolet. Quod, vt exemplo conſirmem, provo co ad locum Iuris Saxonici Prouincialis^{v)} notiffimum: „Echt man mac finen rechten gute wol mit rechte anic werde, ab erz verhouft, oder verſeczet, oder uſtet, oder ſich veriaret gein finen rechten herren,“ quae tamen verba poſtrema Ius Alemannicum^{b)} in aliud ſenſum deſorſit. Similiter Scabini veteres^{c)} de foliis praediis rebusque hereditariis

r) Cf. potiffimum Rumpffii Diff. laud. Sect. II. §. 27. p. 106.

s) Riccius Spec. de praefcriptione Germanorum c. 6. §. 4. p. 74.

t) Steinius Abhandlung des Lübischen Rechts Lib. I. tit. 8. §. 16. pot.* (T. II. p. 20.)

u) Ayrerū Comm. Commodari et

pignoris ſecundum iura ſtarutaria comparatio §. I. not. k. in Opuscc. Syll. nou. p. 144.

a) I. P. S. Lib. II. art. 24.

b) I. P. A. c 315. ed. Lahr. quod pro: veriarce, habet: verirre.

c) Sentent. Scabin. in den Diplomata. Beyer. T. VI. p. 110.

tariis cogitauerunt, dum de iure interrogati hunc in modum responderunt: „Was ein man besitzt in der stilen gewere Jar und tog an e erhe vnd an gute, adir suß sich voraldet vnd vor jart hatte an erbe vnd an gute, das einer beseffn hatte, an faller vnd an samster gewere her blibit billich dobei, wenne In nimant dovon getribin mag;“ quod decretum etiam a voce: *ſich voralden*, quam hoc sensu alibi me legere haud memini, insigne esse videtur. Deinde auctor Ordinis Iudicarii Civilis, in recensendis reorum exceptionibus aliquo diligentissimus, dum de rebus mobilibus in iudicium deducitis loquitur, ne verbo quidem praescriptionem commemorat, nisi in singulis, quibus eam et olim admodumdatam fuisse supra demonstrauimus, exemplis, vt, si de rebus inuentis^{d)}, furibus ueeruptis^{e)}, litigetur, quum e contrario eiusdem in controuersiis ad fundos spectantibus vsum diferte adgnoscatur^{f)}; vnde recte, si quid video, colligitur, illa saltem tempestate vscacionem bonorum mobilium tam late, ac vulgo existimant, nondum patuisse. Sed forsan quis obiecerit, Ordinem Iudicarium, si *Grupenium*^{g)} audiamus, ab eodem scriptore, qui Glossam Iuris Provincialis adornauit, esse compilatum; hanc vero praescriptionis fines passim et ipsam proferre^{h)}, vt proinde silentium, quo idem auctor instituti nostri mentionem in alio opere suppresserit, nihil aduersus receptae opinionis veritatem valere videatur. Ad quam dubitationem duplici potissimum ratione respondendum esse

F 3

duco:

d) *Ordo Iudic. Ciu. Lib. I. c. 12.* in g) *Grupenius in Praef. prae*m*.*
Corp. Iur. Germ. Senckenb. T. I. p. 141. *Speculi Saxonici versioni Belgicae.*

e) *Ibid. c. 15. p. 146.* h) *Quod quomodo sit intelligen-*
f) Ibid. c. 23. et c. 27. p. 157. *dum, infra §. 11. docebo.*
sq. et p. 163.

duco: tum, quod Ioannes a Buch Glossam non tam ipse scripsit, quam a variis Iureconsultis antiquioribus concinnatam digesserit, qua occasione facile vnam alteramue interpretationem minus idoneam, a qua ipse forte diffentiret, adoptare potuit; tum, quod non omnia, quae Glossa praesertim ex sententia iuris Romani tradidit, foresem usum olim reapse habuerintⁱ⁾. Quid, quod talem praescriptionis ambitus ipsi adeo vetustiores Codices Statutorum eiusmodi, quorum recensiones posteriores eius indolem in primis adcurate definierunt, ut Iuris Lubecensis tabulae, annis 1158.^{k)} et 1240.^{l)} conditae, penitus ignorant. Denique nec alienum ab hoc loco videtur exemplum Iuris Iutici anno 1240, propositi (*Lowbuck*), quod, quamvis multarum consuetudinum patriarcharum memoriam illibata nobis conservaverit, tamen tantum abest, ut usucaptionis rerum mobilium regularis vestigia exhibeat, ut recentioris demum commentatoris, *Ioach. Blütingii*^{m)}, somnia partum illum integerrimo iuris domestici monumento adfixerint. Ita enim hic: „So viel aber die Verjährung der beweglichen Güter betrifft, erachte ich diesem Jütischen Lowbuche gemäß zu seyn: so jemand ein beweglich Gut mit einer guten Ankunft erlangt, und ohne gerichtliche Klage jamlings (d. i. ein umgehendes Jahr und sechs Wochen) ruhsmäßig besessen hat, solches erfitze der getreue Inhaber und werde desselben Eigenthümer dadurch: argumento textus et glossae in c. 23. L. 1. Lowb.“

§. 9.

i) Grupenius *Obseruati. rerum er antiquis. Germ. et Rom.* Obs. 30. c. 2. p. 502.

k) *Iustitia Lubecensis d. a. 1158. ap. de Westphalen Monim, ined. T. III p. 619.* fqq.

l) *Codex iuris Lubecensis antiquissimus vernacularis d. a. 1240. ibid. p. 639.* fqq.

m) Blütingius *Obseruati. iur. Cimbr. c. 6. ap. de Westphalen l. l. T. III. p. 2190.*

Verum enim uero nec dissimulanda sunt, quae nostram qualitercumque sententiam premunt, difficultates; licet tota disputatio sit ex eo genere, in quo veritas numquam ita potest inuestigari atque ad liquidum perduci, vt nulla plane dubitandi materia supersit. Haec enim est fontium, vnde iuris patrii antiquitates plerumque haurienda sunt, ratio, vt ad eos concinnandos plus fere fortuna, quam hominum diligentia, valuerit, siquidem maxima decretorum, quae continent, pars inter ipsum iudiciorum strepitum, non uno tempore et loco ad eam, qua hodie vtimur, formam adoleuit. Itaque, vt ab argumento a perpetua praestrandae euictionis necessitate petitio incipiamus, sanc, quotiescumque Ius Provinciale Saxonicum^{a)}, Weichbildicum^{b)}, Alemannicum^{c)} et Silesicum^{d)} rerum mobilium mentionem faciunt, simul bonorum genus illud, quod *Eigen* vocant, vna oratione contingunt, idque eodem euictionis iure singulari censi tradunt. Quo nomine quum res soli, vt supra (§. 2.) vidimus, intelligendae sint, facile quis, aut harum non magis, quam bonorum mobilium, vsucaptioni generali locum esse potuisse, ideoque male nos sententiae nostrae rationes §. 5. subduxisse, aut minus probabilem limitum, quibus vsucapio olim esset circumscripta, conjecturam e continuo euictionis periculo capi, existimauerit. Quemadmodum autem, quo minus illud largiamur, infinita mediae aetatis testimonia prohibit: ita, nisi contrariae argumentationi concedere,

a) *I. P. S.* Lib. III. art. 83. nes ex Schilteri *Thesauro* editioni

b) *Ius Weicbb. Magd.* art. 30. ed. Lahrianae insertas.
vulg.

c) *I. P. A.* c. 314. inter *Additio-* in den *Diplomi*. Bayr. P. III. p. 28.

dere, vistisque dare manus velimūs, omni virium contentionē eo
erit entendum, vt loca iurisprudentiae mediae, quae res immobiles
mobilibus hactenus exaequare videantur, cum reliquo ysucaptionis,
qualis in rebus immobilibus quandam obtinuit, iure apta interpre-
tatione conciliemus. Quum igitur cardo disputationis in idoneo ar-
ticuli Iuris Saxonici, quem dixi, intellectu versetur, age, hunc in-
tegrum transscribamus: „Swer ein gut lihet oder lehet einen anderen,
der fal iz in geweren iar und tac. Swer eigen oder varendē ver-
kouft, des fal her gewere sin die wile, das her lebt.“ Cuius regulae
in Iure Weichbildico iisdem verbis obviae fundum in alio Speculi
Saxonici^{e)} loco visu sum animaduerte, vbi Repgouius:
„Swer ouch, ait, deme anderen gut in sine gewere let, e erz ime uf
laze, her fal in in der gewere verflan, die wile erz ime nicht uf gela-
zen hat, svenne her sine gewerfschaft bedarf.“ Vnde veram prioris
articuli sententiam hanc quidem esse colligo. Qui praedium (sive
feudale, sive allodiale), *confusus iudicis alienauit*, post annum et diem
euictionis nomine non amplius tenetur; quum e contrario pro fun-
do allodiali *priuatim vendito tam diu respondere obligatus sit*, donec
emtori eundem *in iudicio tradiderit*. Quam interpretationem, iam
Zobelio^{f)}, Colero^{g)} et Blütingio^{h)} probatam, non solum va-
ria mediae iurisprudentiae monumentaⁱ⁾, annale tempus huic ne-
gotio

e) I. P. S. Lib. I. art. 9.

Westphalen Monim. ined. T. III.

f) Zobelius Not. ad I. P. S. Lib. p. 2209.

III. art. 83. litt. d. et Nor. margin.

i) Ut Ius Weichb. Magd. art. 21.

ad Glosf. Germ. I. F. S. c. 13. f. 43.

init. iunct. art. 20. ed. vulg. et Ius

g) Colerus Deciss. Germ. P. I. Caesur. P. II. c. 106. in Corp. Iur.

Germ. Senckenb. T. I. p. 71.

Dec. 20. n. 9.

h) Blütingius I. l. c. 9. in de

gotio praefinitum ad alienationes publica fide factas itidem restrigentia, sed etiam vocabula: *leihen* et *lehnen*, quae de praediis vñputa semper sollemnem traditionem respiciunt, nec non verbum *verkaufen*, de vtroque rerum tam mobilium, quam immobilium generere vicissim adhibitum, quo contractus priuatim celebratus significari solet, confirmant. Quum vero nihilominus fieri posset, vt quamvis subsequata sollemnī traditione, lapsaque spatio annali ad consequendam legitimam possessionem necessario, tamen possessor idoneam securitatem nondum adeptus videretur, puta, propter adversarii absentiam vel minorem aetatem: inuenta est regula vniuersalis, in Iure Weichbildico Magdeburgensi¹⁾ clare expressa: auctorē, quādū possessori praedii euisionis periculum immineat, tamdiu ad eam praestandam obligari, nec prius, quam plenissima possessori securitate adquisita liberari. Quam ob causam d. art. LXXXIII. possessorem ad illud dumtaxat tempus, quo res ipsi publice fuerit tradita, defendi vult; nulla exceptionum, in quibus ne annalis quidem possessio perpetuam auctoritatem tribueret, mentione facta, quam *Glossa*¹⁾ demum, textum nostrum cum aliis iuris Saxonici sententias conciliatura, suppleuit. Omnino autem tota de praediorum allodialium²⁾ vñcipatione doctrina his quidem principiis,

quae,

k) *Ius Weichb. Magd art 21.* sub fin. ed. vulg.

D *Gloss. Germ. ad d. art. 21.* „Ihr sollte sonderlich wissen: ist dies ein eigen, das der gewebren soll, so soll er merken, gegen wen er gewebren soll; denn soll er ihn gewebren gegen einen gegenwärtigen, so ist er ihm pflichtig über

Jahr und Tag zu gewebren. Ist's aber gegen einen ungegenwärtigen, so muss er sein Gewebrer seyn; dieweil er lebt (sonderlich doch in dreißig Jahren, und Jahr und Tag).“

m) Nam in bonis feudalibus nulli nisi annali, praescriptioni locum fuisse, e I. F. S. c. 13. (in Corp. Iur. Feud. Sen-

G

quae, quo melius lectores de nostra coniectura iudicare possint, obiter adtingenda esse duco, apud maiores nostros regebatur. Ante omnia caussae, ex qua, qui rem vscapere vellet, eamdem sibi vindicaret, habita est ratio. Quae pro aevi illius ingenio atque indele triplex esse potuit: hereditas, alienatio aut occupatioⁿ). Qui fundum aliquem occupauerat, nisi eum ex errore pro derelicto habuisset, praescriptione nec olim egebat, sed statim rem adquirebat, vt Glosfa²) testatur. Quid si tamen eo, quo dixi, modo errasset, putaverim, regulam de possessione legitima, in Iure Provinciali Saxonico³) proposita, etiam huic specie recte fuisse accommodatam. Hereditario titulo innixus reus habebat aduersarium, qui aut ipse simile ius sibi, vt heredi proximiori, competere adliveret, aut rem tamquam aliunde a se adquisitam vindicaret. Nec postremam speciem disertis verbis decisam reperi, licet et eam ex iustae possessionis principiis aestimari consueuisse verisimile videatur. Vtraque vero parte ad ius hereditarum prouocante, praescriptione XXXI annorum, sex septimanarum et trium dierum indistincte locus erat^q), quamquam haec ab initio nonnisi in gratiam eorum, qui tempestivam hereditatis petitionem sine culpa sua omisissent, introducta esse

vide-

Senckenb. p. 270. sq. ed. nouiss) et
Ord. Iudic. Ciu. Lib. I. c. 27. (in Corp.
Iur. Germ. *Senckenb.* T. I. p. 163.) vbi
simil, hac in re ius feudale a ciuili
discrepare, disertis verbis traditur,
faisit constat. Cf. *Ordo Iud. Feud. c.*
10. et c. 29. (*ibid.* p. 262. et p. 302.
sqq.) et *Ricci Spec. de praescrip-
tis Germ.* c. 4. §. 1. p. 27. Ig.

n) Cf. *Gloss. Germ.* I. P. S. ad
Lib. II. art. 44.
o) *Glossa d. I.*
p) I.P. S. d. art. 44. Cf. supra §. 5.
q) Arg. I.P. S. Lib. I. art. 29.
Ord. Iud. Ciu. Lib. I. c. 23. et c. 27.
I. I. T. I. p. 158. et p. 163. Cf. *Gloss.*
Germ. ad I.P. S. Lib. I. art. 70. et
ad I.F. S. c. 13.

videtur^{c)}). Si denique possessor rem alienatione inter viuos facta sibi obuenisse excepisset: rursus, prout actor ius suum ex hereditate vel alio fundamento repeteret, praescriptionis tempora variabant. In illo enim casu breviori, quam tricenaria praescriptione, submoueri actor non poterat^{d)}, nisi reum, qui fundum fide iudiciali traditum ultra annum et diem quiete possedisset, auctor contra aduersarium, iusta diuturnioris silentii excusatione haud vsum, legitime defendisset^{e)}. Vbi vero auctor alium, quam hereditarium, titulum adlegasset (quo etiam ius retractus gentilitii in vniuersa Germania frequentatum pertinuisse censeo): spatium ad praescriptionem necessarium tum pro modo alienationis, tum pro actoris conditione, diuerse computabatur^{f)}. Rei enim in iudicio alienatae dominium ipso an-

G 2

nalis

^{c)} Hinc etiam *Ius Prou. Siles.* Lib. I. c. 28. pr (*in den Diplom. Beyr.* P. III. p. 26.) vsum tricenariae praescriptionis in caussis hereditariis ad absentes restrinxit, et in dist. 1. quae- nam regiones pro exteri habendae sunt, definit. Simile praementum atque absentium discrimen statuit recentius *Responsum Scabinorum ibid.* P. VI. p. 91. publici iuris factum, quo cum *Sententiae Scabinorum adiectae editionibus Speculi Saxonici Zobelianis* P. I. c. 6. dist. 3. et c. 7. dist. 2. 4. et 5. conferri merentur.

^{d)} Cf. loca not. q. praecedente ex- citata.

^{e)} *Ius Weicb. Magd.* art. 69. ed. vulg. f. art. 36. ed. Schott.

^{f)} Has diuerditatis in ineundis praescriptionis rationibus cauillas praeter loca *Iuris Saxonici Provincialis* (Lib. III. art. 83. iunct. Lib. I. art. 9.), *Magdeburgensis* (art. 21. init. iunct. art. 20. et 30. vulg. edit.) et *Caesarei* (P. II. c. 90. et c. 106. in *Corp. Iur. Germ. Senckenb.* T. I. p. 62. sq. et p. 71.) supra commemoratae adgnoscunt etiam *Gloss. Germ. I. P. S.* ad Lib. I. art. 70. et *Gloss. Iur. Weicb.* ad d. art. 21. nec non *Ius Prou. Siles.* Lib. I. c. 35. dist. 1. c. 36. dist. 3. c. 37. dist. 1. c. 39. dist. 2. et c. 44. pr. *in den Diplom. Beyr.* P. III. p. 29. sqq. Eamdem sententiam, in qua praecentes habemus *Senckenbergium Select. iur. et hist.* T. III. p. 546.

Kop.



nalis temporis lapsu exspirabat, dummodo intra illud verus dominus praesens, nec iusta ratione impeditus fuisset; quum e contrario, si alienatio priuatim facta esset, aut impedimenta, quae dominum a negligentiae suspicione excularent, nondum cessassent^{x)}, vñcapioni stricto iure ne locus quidem esse crederetur, donec recentior, vt videtur, fori vñs ab isto rigore recederet, et huic quoque speciei tricenariam praescriptionem adtemperaret^{y)}, quae tandem in fundis allodialibus vniuersit obtinuit. Quando igitur aeo antiquiore possessor bonorum immobilium annali praescriptione tueri se vellet, duo maxime exigebantur, primo, ne verus dominus legitime impeditus, deinde, vt ipse reus ad sacramentum, quod supra (§. 5.) descripsi, praestandum paratus esset; quibus postremo adcedebat judicialis traditionis necessitas, quoties rem alienatione in se translata fuisse, reus contestabatur. Quae quidem momenta omnia quum a

trice-

Koppium Nachr. von der Hessen-Cas-
felschen Gerichtsverfassung T. I. Seft.
I. §. 23. p. 39. et Eru. Cbris. West-
phalium im Deutschen und Reichs-
ständischen Privatrechte T. II. c. 58.
§. 2 p. 288. adiuvante exempla iu-
rium statutariorum Germaniae septen-
trionalis tum antiquiora, tum vero
etiam recentiora, collecta a Riccio
Spec. de præscriptione Germanorum
c. 6. et c. 11. & Westphalen Praef.
ad T. III. Monim. ined. p. 132. sqq.
et a Pufendorf Obff. iur. vniu.
T. I. Obf. 95.

x) Plane hue faciunt verba Legis
familiae S. Perri a Burchardo, Epi-

scopo Vormariensi, circa a 1024, præ-
scriptae (in Io. Fr. Schannati Hi-
storia Episcop. Vormar. T. II. p. 45.)
„Si quis prædium vel hereditatem suam
infra familiam vendiderit; — si ab-
sens aliquis heredum est, postea re-
sciverit, et si infra spatium illius
anni hoc retinerit, postea iure care-
bit.“ Etiam Ius Caesareum d. c. 90.
et Silesicum d. Lib. I. c. 35. dist. 1.
annum præscriptionis in eiusmodi
causis a sublato demum impedimen-
to currere præcipiunt.

y) Gloss. Iur. Weichb. Magd. ad d.
art. 21.

tricenaria praescriptione in subsidium recepta abesse possent^{z)}: huius quidem, vt itidem iam vidimus, plane aliam fuisse indolem, quam vsucaptionis annalis, cum iusta possessione (*rechte Gewehr*) saepenumero coniunctae, sponte intelligitur. In primis autem inde sequitur, perpetuam praestandae euictionis obligationem, qualis iuris nostri fontes fundorum venditoribus tribuunt, multo esse angustiorem ea, quae rerum mobilium vendoribus ibidem imponitur, minimeque ab uno bonorum genere ad alterum e reliqua vtriusque obligationis similitudine argumentum duci posse.

Nec magis a nostra sententia dimoueri nos patimur alia difficultate, ab exemplis quarumdam legum Germanicarum, quae eadem principia, vnde nos, abhorruisse ius Saxonum medium ab vniuersali rerum mobilium usucaptione, inferre ausi sumus, iuxta expressam talis instituti mentionem exhibent, profecta. In qua disputatione sermo nobis erit de duobus tantum huius generis locis p[ro]ae primis illustribus, altero quidem Iuris Lubencis, Hamburgenis altero. Illud^{aa)} enim bona quaecumque in urbem inuecta, nisi e maritimis regionibus aduenerint, post annum et diem usucapi, difteris verbis significat; hoc vero triennii praescriptionem in rebus mobilibus regulariter obseruari praecepit^{bb)}), exceptis iisdem bonis, ad quorum possessionem perpetuo retinendam Iure Lubecensi numquam opus est aliqua usucaptione^{cc)}), puta, per mare adlati, vtpote quae Ius

G 3

Ham-

z) Koppius I. l.

nius in der Abhandlung des Lübischen

aa) Ius Lubec. Lib. I. tit. 8. art. I.

Rechts Lib. I. tit. 8. §. 14. (T. II. p.

bb) Ius Hamburg. P. I. tit. 21.

14. sq.) Gütſchouius Diff. laud.

art. I.

§. 9. (In Collect. Diffr. ius Lubec.

cc) Ita quidem locum Iuris Lubec. modo adlegatum interpretantur Stei-

illiustrantium p. 25.) et Curtius Diff. laud. §. 10. p. 17. sq.

Hamburgense pro varia praescribentis conditione modo confessim, modo post annum tertio possessori adiudicat^{dd)}. Ac nihilominus utrumque Ius Statutarium^{ee)} vindicationem rerum mobilium ad easdem regulas adligavit, in quibus nos, quoniam in Iure Prouinciali Saxonico aliisque iuris Saxonici medii fontibus et ipsae occurrabant, praecipuam causam, cur maiores nostri vocationem rerum mobilium generalem olim ignorauerint, nisi nobis sumus reperire; quod maxime de paroemia: *Hand muss Hand wahren*, dictum esse velim. Verum enim uero, quod primum est, iam supra (§. 8.) monuimus, ab antiquissimis Iuris Lubecensis recensionibus, a. 1158. et 1240. concinnatis, locum de praescriptione rerum in vrbe inuestiarum prorsus abesse, licet iam Codex posterior tam paroemiam illam^{ff)}, quam alia praecepta ad rei vindicationem spectantia^{gg)} contineat. Codex autem Iuris Hamburgensis a. 1270. exaratus tametsi annalem rerum ultra mare adlatarum vocationem^{hh)}, iuxta canonem, quem saepius excitauit: *Hand muss Hand wahren*ⁱⁱ⁾, dieritis verbis commemorat, tamen nec ipsis Statutorum Hamburgenium recentiorum conditoribus illum iuris antiquioris articulum visum esse satis idoneum ad

con-

dd) *Ius Hamburg.* P. II. tit. 19. art. 2. et 3. Cf. *Io. Sam. Strykii Diff. de praescripione rerum per mare Rumpfii Diff. laud. Sect. II. §. 33.*

ee) *Ius Lubec.* Lib. III. tit. 2. art. 1. 2. tit. 4. art. 8. 9. Lib. IIII. tit. 1. art. 2. 3. et 6. *Ius Hamburg.* P. II. tit. 2. art. 7. tit. 8. art. 8. et P. III. art. 35.

ff) *Codex iuris Lub. antiquiss. ver. naculus d. a. 1240. art. 144. ap. de Westphalen Monim. med. T. III. p. 655.*

gg) *Idem Cod. art. 125. ibid. p. 653.*

hh) *Codex antiquiss. iur. Hamburg.*

P. VII. c. 9. ibid. T. III. p. 3006.

ii) *Idem Cod. P. VIII. c. 21. ibid. p. 3012.*

constituendam generalem quamdam, ex qua rerum mobilium usu capio aestimaretur, regulam, exinde patet, quod praeter eum aliud caput, quo triennii prae scriptio cuiuscumque generis rebus mobilibus est praefinita, quodque, ut iam Güt schouius^{kk)} animaduertit, manifeste originem ex iure Romano traxit, inferendum curauerunt. Deinde, quod praecipue Ius Lubecense adtinet, per res in urbem translatas proprie ne omnia quidem bona mobilia, sed solae merces venales intelligi debent^{ll)}, quapropter vera totius legis ratio in commerciorum fauore, qui similibus statutis etiam alibi fanciendis causam dedit^{mm)}, posita esse videturⁿⁿ⁾). Neque tamen negari potest, recentiorem fori usum huius quoque instituti fines ita protulisse^{oo)}, ut hodie procul dubio ad quacunque res mobiles pertineat. Tandem, quod ultimo loco obseruari velim, potest vtique, saltem iure Lubecensi, fieri, ut sola regula, quae quemlibet dominum alterius, cui rem tradidit, fidem sequi iubet, tertio possessori nondum plenam

prae-

kk) Güt schouius *Diff. laud.* §. 9. not. 2. l. l. p. 24. Vnde et Rumpfius *Diff. laud.* Sect. II. §. 34. de hodierno rei vindicationis usu in foro Hamburgensi ita censuit: »Pater, nos in rei vindicationis doctrina parvum ius nostrum particulare, parvum Romanum sequi. Illud, si agitur de re mobili, quae a domino non iniuria e possessione dimissa in tertium bonae fidei possessorem transflata est; Romanum vero — in mobili, quae non eo, ut dictum est, modo in alterius possessionem peruenit. Rer autem mobiles et apud nos iuris triennium vindicandas.«

ll) Steinius l. l. Lib. I. tit. 8. §. 12. (T. II. p. 12.)

mm) Ut *Star. Rigenf.* d. a. 1270. art. 93. in a Pufendorf *Off. iur. viii.* T. III. Adp. p. 253. et *Star. Stadens.* d. a. 1279. P. VII. c. 7. ibid.

T. I. Adp. p. 210. Cf. supra §. 5.

nn) Vid. Heinccii *Diff. de prae scriptione annali iuris Lubecensis a iure communis diversis* §. 6. 7. in *Opuscul. varior. Syll.* p. 880. sqq. Riccii *Specie de prae scriptione Germ.* c. 6. §. 1. et *Güt schouii Diff.* l. l.

oo) Steinius l. l. §. 13. p. 13. sq.



praefet securitatem, sed ad hanc consequendari vsucapio[n]e omnino opus fit. Quum enim ex eodem iure integrum sit domino, redditio pretio, rem ab ipso bona fidei posse[ss]ore redimere^{pp)}: habet sane eius vsucapio hanc vim, vt, ea completa, posse[ss]io naturam domini perpetui induat, nec tertius amplius habeat, quod reluendi facultatem, priori domino alioquin haud denegandam, vereatur^{qq)}.

§. 10.

Redeamus ad iuris Saxonici medii de vsucapione rerum mobilium principia, qualia supra ex ipsis fontibus demonstrare conati sumus. Quorum summa haec erat: instituti nostri, antequam ius patrium cum peregrino coaluerit, multo angustiorem, quam hodie, v[er]um reapple fuisse, vt potest qui ultra hereditatis petitionem (§. 3.), rerumque inventarum, furibus ac praedonibus eruptarum, vel in eorumdem patrimonio post mortem repertarum, item adluuione adquisitarum, vindicationem (§. 4.) minime patuerit, quandoquidem in ceteris bonis mobilibus aut aeterna esset veri domini auctoritas, aut tertius possessor, regulae: *Hand muss Hand wahren*, auxilio tutus, ne opus quidem haberet beneficio vsucapionis (§. 6. 7.). Quae quum ita sint, et si, quid in praescriptione tam arcitis limitibus circumscripta circa bonam fidem, iustum titulum, tempusue definitum obtinuerit, vix peculiari disputatione indigere videtur, tamen, ne plane ασύμβολαι discessisse arguamus, illud monebimus, quod e fontium, quibus testimonium denunciauimus, concentu manifeste eluet, tantum absesse, vt maioribus nostris subtilitas visu- capioniis

^{pp)} *Ius Lubec. Lib. III. tit. 2. art. 2.* 76. *Curtius Diff. laud. §. 5. not. f.*
^{qq)} *Riccius l. l. c. 6. §. 4. p. p. 8. et §. 8. p. 16.*

captionis eiusmodi, qualem ius Romanum post multorum seculorum usum effinxit, adriserit, ut iidem in simplici consuetudine, certorum iurium iacturam ex lapsu temporis determinati aestimandi, litium utique ambagibus refescandi aptissima, adqueuerint. Quod enim, patro more in vscacionem Romanam transformato, Romana quoque in constitutis vscacionis conditionibus seueritas ad institutum domesticum transflata intelligitur, id quidem, ut mox docebimus, sequiori demum aetati, nimio iuris peregrini amore captae, tribendum est. Vnde facile constabit de causa, cur ipsi fontes, quoties de nostra praescriptione loquuntur, nec bonae fidei ymquam, nec iusti tituli mentionem faciant, nisi huc referre velis ea, quae aliquando praeter temporis definiti lapsum a praescribentibus exiguntur, velut a rerum amissarum inuentoribus, ut eas rite proclamari current (§. 4.); quae tamen non tam ex iure Romano, quam patro, profecta videntur. Plane igitur, quae iam Thomasius⁸⁾ de tricenaria fundorum vscacione Saxonica his verbis obseruauit: „primo (Germani) non respxerunt eo, ut ciues ad vigilantiam excitent in vindicandis iuribus suis, sed ad solam utilitatem publicam et litium terminacionem, ut videlicet dominia rerum sint in certo — vnde verosimile euadit, eos in hac immobilitum praescriptione nec requisiuisse bonam fidem, nec iustum titulum,“ etiam mobilium rerum vscacionis speciebus iis, quas fontes domestici exhibent, recte accommodantur. Ac nescirem sane, quomodo praescribens in exemplis ibidem nominatim expressis ad bonam fidem prouocare potuisset, quam alieni dominii conscientia ipsum acquisitionis modum, ut inuentionem reiue furi eruptae occupationem, necessario stipata fuerit. Quam ob causam

sen-

⁸⁾ Thomasius Not. ad tit. Inst. de Vscap. p. 166.

sententiae eorum, qui cum Riccio^{b)}, Heineccio^{c)}, Steinio^{d)}, Eisenharto^{e)}, Io. Heumannof), Wiesandio^{f)}, Viro Illustri, Ern. Christ. Westphalio^{g)}, Estore^{h)}, nec non Rundio^{k)}, Gntt. Wernsdorffio^{l)} et Guil. Aug. Fr. Danzio^{m)}, Viris Illustribus, illam bonae fidei iustique tituli necessitatem saltem e plerisque prae- scriptio[n]is Germanicae antiquioris speciebus exculasse statuuntⁿ⁾, no- vum adeo pondus ab ipso nostri instituti exemplo adcedere; discri-

men

- b) Riccius *Spec. de praescriptione Germ.* c. 4. §. 3.
- c) Heineccius *Element. iur. Germ.* Lib. II. tit. 4. §. 120.
- d) Steinius *Abbandl. des Lübi- schen Rechts* Lib. I. tit. 3. §. 81. (T. I. p. 108. sq.)
- e) Eisenhartus *Grundzüge der deutschen Rechte in Sprüchwörtern* Seft. III. n. 26. A. §. 3.
- f) Heumannus *Geist der Ge- setze der Deutschen* c. 18. §. 7.p.264. ed. II.
- g) Wiesandius *Iuris. Handbuch v. Verjährten* §. 2. p. 1126.
- h) Westphalius *Diss. de indele- bonae fidei in praescriptionibus* (Hal. 1764. 4.) §. 21.
- i) Estor *Deutsche Rechtsgelahrheit T. III.* §. 2872.
- k) Rundius *Grundsätze des ge- meinen deutschen Privatrechts* §. 272. p. 208. ed. II.
- l) Wernsdorffius *Diss. An ex*
- legibus Saxonici[n] in praescriptione actio- num personalium bona fides necessaria sit? (Viteb. 1792. 4.) §. 20.
- m) Danzius *Handbuch des beuri- gen deutschen Privatrechts* §. 269. et 272. T. II. p. 507. sqq.
- n) Contrarium quidem visum est Pufendorfio *Oiff. iur. vniu.* T. I. Adp. p. 23. not. ** et Jo. Henr. Christ. Selchouio *Element iur. Germ. priu.* bod. Part. Spec. Lib. III. c. 3. Seft. I. §. 444. Sed *Ius Provinciale Hader- lensis* P. II. tit. 18. ad quod ille potissimum prouocauit, manifeste est aetatis valde recentis, multisque iuris peregrini laciniis corruptum; paro- mnia vero: *bundert Jahre Unrecht ist nicht Eine Stunde Recht*, cui hic plurimum tribuit, non tam ad prae- scriptio[n]em, quam ad longam con- fuerdinem, pertinet ut Eisenhar- tus I. I. Seft. I. n. 8. p. 20, praecla- re obseruauit.

men autem, quod Stürmerus^{o)}, Theod. Gr. Guili. Emminghau-
sius^{r)} et Koppius^{s)} inter annalem ac tricenariam praescriptionem
haec tenus intercessisse censuerunt, de sola possessionis praediorum le-
gitimae (der rechten Gewehr) indole (§. 5.) adcipiendum esse videtur.

De tempore, in caussis nostrae usucaptioni obnoxii sollemini, su-
perest, ut pauca adiciamus. Quod modo anno et die, modo sex
septimanis includi diximus. Ac diei quidem, anno praeferunt in hu-
ius generis questionibus et olim et vero etiam nunc addi soliti,
quam varia extra Saxoniam sit computatio, iam Riccius^{t)}, a Pu-
fendorf,^{s)} Car. Frid. Elsaesser^{u)} et Wiesandius^{v)}, Viri
Illustres, prolixe docuerunt. Iure autem Saxonico pridem receptum
fuit, ut haec formula de dilatione Saxonica, quam sex septimanas et
tres dies comprehendere constat, intelligeretur. Quamquam enim
Glossa^{x)} verba: *Iahr und Tag*, explicat per sex septimanas ultra an-
num, cui interpretationi etiam Ius Feudale Saxonicum^{y)} et Weich-
bildicum Magdeburgense^{z)} addipulantur; eiusque auctoritate adducti

H 2 Andr.

- o) Stürmerus Diff. laud. de jurist. Beobachtungen und Rechtsfälle
annali rerum immobilium praescri- T. I. n. 2. p. 25. sqq.
- priione Germanica Seßt. I. §. 6. not q.
- p. 8.
- p) Emminghausius Comm. in ius Sufatense antiquiss. ad art. 34. p. 128.
- q) Koppius l. l. T. I. Seßt. I. §. 23. not f p. 40.
- r) Riccius l. l. c. 12.
- s) a Pufendorf l. l. T. II. Adp. p. 173. sq.
- t) Elsaesser^{u)} Geminnützige
- v) Wiesandius Pr. de origine anni Saxonici eiusque usū bodierno p. 4. sq. et p. 7. sqq.
- x) Glossa Germ. I. P. S. ad Lib. I. art. 38. et Iur. Weichb. Magd. ad art. 4.
- y) I. F. S. c. 13. et c. 27. in de Senckenberg Corp. Iur. Germ. Feud. p. 270. et p. 277. ed. nouiss.
- z) Ius Weichb. Magdeb. art. 21. ed. vulg.



*Andr. Rauchbarus^{aa)} et Christ. Wilduogelius^{bb)} coniiciunt; sequiorem vsum forensem triduum, quod excurrit, adiecisse: tamen, si illum computandi spatii Saxonici modum (quod Gundlingius^{cc)}, Heineccius^{dd)}, Walchius^{ee)}, Ern. Lud. Aug. Eisenhartus^{ff)} atque Wiesandius^{gg)}, ipsa adeo Glossa^{hh)} suffragante, probauerunt) ex consuetudine veterum Germanorum reos in diem decimum quintum (*über vierzehn Nächte*) citandi originem trahere meminerimus, verisimile fit, Glossam in more habuisse, ut sex septimanarum appellatione interuallum, quod triduo amplius esset vulgari tempore, significaret. Certe quemadmodum in aliis nonnullis iurisprudentiae mediae monumentisⁱⁱ⁾ sex septimanis tres dies aliquando difterit verbis adduntur, ita omnem dubitationem eximit Ius Prouinciale Silesicum^{kk)}, dum ait: „Iar vnd tag ist ein jar unde sechs wochin vnd drei tage“. Quae cum ita sint, in reliquis quoque praescriptionis speciebus (§. 4.) spatium illud sex septimanarum, cuius Ius Saxonum*

Pror.

- aa) Rauchbarus *Quaestitionum* *Rechte in Sprichwörtern* Sect. III. num. P. II. qu. 24. n. 34.
- bb) Wilduogelius *Diff. de termino Saxonico* (len. 1700. 4.) c. 8. §. 1.
- cc) Gundlingius *Gundlingian.* P. XXVI. n. 1. §. 2. II. et I. 2.
- dd) Heineccius *Diff. de praescrptione annali iuris Lubecensis* §. 8. in *Opuscc. varior. Syll.* p. 883.
- ee) Walchius *Abb. vom Näherrechte Lib. I. c. 5. §. 13.* p. 269. sq. ed. nouiss.
- ff) Eisenhartus *Addit. ad Paris librum: Grundsätze der deutschen Rechte in Sprichwörtern* Lib. I. c. 28. pr. in den Diplom. Beytr. P. III. p. 26.
- gg) Wiesandius *I. l. p. 7.*
- hh) Gloss. *Germ. I. P. S. ad Lib. I. art. 67. verb.* „Also machen nach einander dreymal über vierzehn Nächte sechs Wochen.“ Manifestum enim est, lectionem, quam exhibet editio Gaerteniana p. 151, in mendo cubare.
- ii) V. g. apud Aut. vor. de beneficiis c. I. §. 14. in de Senckenberg Corp. Iur. Germ. Feud. p. 239. ed. nouiss.
- kk) *Ius Prou. Siles* Lib. I. c. 28. pr. in den Diplom. Beytr. P. III. p. 26.

Prouinciale mentionem facit, de plena dilatione Saxonica adcipiendum esse existimauerim. Initium autem huius computationis in caussis hereditariis Ius Prouinciale^{ll)}, fieri voluit a die post obitum defuncti tricesimo^{mm)}, vt tamen id spatium currere negaret heredibus, legitima ratione impeditis. Quod temperamentum Glossaⁿⁿ⁾ male interpretata est sic, quasi propter eiusmodi causas etiam rerum mobilium heredes nulla alia praescriptione, nisi tricenaria Saxonica, submouere fas esset; quum tamen tempus illud longissimum, vt supra demonstrauimus, ad solos fundos pertineret, atque annalis usucatio huius generis speciebus non minus, quam aliis, applicari debuisse, dummodo eius principium demum a momento sublati impedimenti ductum fuisset. Quem consuetudinis nostrae intellectum genuinum esse, reique naturae magis accommodatum, praeter Ius Caesareum^{oo)}, similitudo aliarum legum Germanicarum, eamdem aequitatis normam sequutarum^{pp)}, manifeste euincit. Neque tamen benignam hanc interpretationem ad reliquum usucaptionis in rebus mo-

H 3 bili-

ll) I. P. S. Lib. I. art. 28.

mm) Originem momenti, quod dies a morte tricesimus in iure Saxonico habet, optime inuestigavit Dreyerus Lib. sing. de usu genuino iuris Anglo Saxonici in explicando iure Cambrico et Saxonico p. 109. sq.

nn) Gloss. Germ. I. F. S. ad c. 13. verb. „Iß es fahrende Gur, so unterscheide dies' förder. Entweder der Mann bat sich's unterwunden von Er bei Rechte — so verwehret er's in Einem Labre gegen einländischen Leuten, und gegen ausländischen in dreysig Labren.“

oo) Ius Caesar. P. II. c. 90. in Corp. Iur. Germ. Senckenb. T. I. p.

62.

pp) Leges et Statuta, Familiae S. Petri a Burchardo, Episcopo Formatiensi, praecripta, n. 6. in Schan-

nati Historia Episcop. Vormar. T. II. p. 45. Ius Prou. Siles. Lib. I. c. 35.

dift 1. in den Dipl. Beytr. P. III. p. 29. Ius Lubec. Lib. III. tit. 6. art.

3. Lib. V. tit. 6. art. 1. Ius Hamburg. P. I. tit. 30. art. 3. P. II. tit. 8. art. 7. P. III. tit. 3. art. 18.

bilibus vsum, ex ipsis iuris patrii monumentis §. 4. illustratum, proferre ausim.

§. II.

Absoluta, quae ad veram instituti nostri indolem, qualem antiquitas prae se tulit, spectabat, disputatione, ad magnas illas atque graues, quas sequiori aeuo experta est vscapio rerum mobilium Saxonica, vicissitudines nunc progrediamur. Quocirca ante omnia in Glossae ad fontes iuris Saxonici medii conscriptae decreta paulo diligentius inquirendum erit, non quod iam eo, quo haec adcessit, tempore institutum illud a pristina forma defecisse existimem, sed quoniam maximam Glossae in constitudo regendoque fori vnu recentiore vim fuisse confat. In qua tamen commentationis parte solius Glossae vernaculae rationem habeo, quam etiam hunc locum plenius et adcuratus tractasse latina interpretatione cognoui. Ac pri-
mum quidem egregie sententiam nostram adiuuant, quae Glossa de origine totius instituti e iure Romano repetenda passim disputat^{a)}. Vnde fit, vt non solum bona fidei iustique tituli in vscapionibus necessitatem eodem, quo ius civile, modo definit^{b)}, sed etiam in rebus ad vscapiendum minus idoneis recensendis eiusdem iuris vestigia pesse sequatur^{c)}. Quid, quod ipsorum temporum Romanorum iuxta Germanica praescriptionum interualla tam diligens ibidem facta legitur mentio^{d)}, vt, quam plerique posterioris aeu*i* interpretes de iure praescriptionum domesticarum e Romanorum praceptis super-

plendo

a) *Glossa I. P. S. ad Lib. I. art. 29. I. F. S. ad c. 13. et Iur. Weicbb. Magd. ad art. 21.*

b) *Glossa I. P. S. et I. F. S. dd. II.*

c) *Glossa dd. II.*
d) *Glossa dd. II. et ad I. P. S. Lib. II. art. 36. 44. atque Lib. III. art. 83.*

plendo professi sunt doctrinam, eamdem iam Glossae auctoris plausisse, facile quis sibi persuadere posset, nisi, iisdem in more esse positum, vt, posthabita, quae tunc temporis in ipsis rerum argumentis obtineret, iurisprudentia, conuentudines patrias perpetua legum Romanarum collatione illustrant^e), meminaret. Rerum autem mobilium vscapio, quaqua hodie patet, nusquam ex articulo Iuris Prouincialis Saxonici eo, cui vulgus interpretum testimonium denunciare solet, id est, Libri primi articulo XXVIII. tam liquido demonstratur, vt in eius auctoritate Glossa vnicce adquiescat. Quamquam enim aliquoties, quum in locum de rebus mobilibus vscapiens discedit, ad illum articulum prouocat^f), tamen alibi^g) eumdem ita interpretatur, vt nec ipsi vniuerse, sed potius de quadam dumtaxat vscaptionis specie loqui videatur. Vbi, postquam, sicut saepius, ius Romanum de triennio in vscapione rerum mobilium recepto adlegauit, hunc in modum pergit: „Hierwider aber iß der 28. Artikel hieroben? Sage du: er sage daselbst von den beweglichen Dingen, darzu sich niemand zeuget.“ Similiter alio loco^h) successionem hereditariam disertis verbis distinguit a ceteris titulis, ex quibus rerum mobilium vscaptioni obnoxiarum possessio alicui obvenire potest, dum ait: „Zum ersten unterscheide das Gut, darein einer geweiht wird, also, dass es entweder fahrende Haab, oder Eigen, oder Lehen ißt. Ist es fahrendes oder beweglich Gut, so iß abermal derkläger des gewältigt und darein geweiht entweder von Erbganges Recht, oder

- e) Vid. Grupenii *Observat. rer. antiquit. German. et Rom.* Obs. 30. c. 2. p. 502.
 f) *Glossa I. P. S. ad Lib. I. art. 70. et Lib. II. art. 44.*
 g) *Glossa I. P. S. ad Lib. I. art. 29.*
 h) *Glossa I. P. S. ad Lib. I. art. 70.*

oder von gerichtlichem Anspruchrechts wegen. In dem ersten Fall verwehret es der eingeweihte in Einem Jahre, ut supr. art. 28.¹⁾ Quod si semel aliquod Iuris Saxonici caput Glossam induxit in eam opinionem, vt generalem rerum mobilium vſucaptionem eidem iuri propriam admitteret, statuere velimus, mallem id de articulo XXXXIII. Libri secundi adſirmare. Ad quem ita commentatur: „Zum andern mag dich ein gut von fremden Leuten ankommen, welche, ſo fie es in treulichem und redlichem Beſitz gehabt, ſo verwehrest du es nach unfern Rechten in Jahr und Tag, als hie ſtehet. Und dieſs iß allermeiſt zu verſtehen von fahrender Haabe.“ Quae tamen interpretatione forte ne ipſi quidem Glossae auctori viſa eſt carere omni dubitatione, quippe qui Ottonen M., ut ſupra vidimus, narrat occaſione controverſiae, de tempore ad rerum mobilium vſucaptionem neceſſario inter Iurisconsultos priſcos agitatae, venditorum harum rerum legem ſcripſiſſe, qua eum, donec viueret, euictiōnis nomine emtori teneri sanxerit¹⁾. Quum igitur Glosſa, vſucaptionem bonorum mobilium talem, quam leſſioris aeuī interpretes in ius Saxonum intulerunt, cum vero iuris patrii intellectu aduersa fronte pugnare, ipſa animaduerterit, aut certe ea in re ſibi non fatis conſiderit: manifeſte patet ratio, cur eadem Romanae vſucaptionis fa-
pius, quam Saxonicae, mentionem fecerit eiusmodi, ex qua per-
petuum quoddam iuſtitutum significari adpareat.

§. 12.

Quae quum ita ſint, haud profecto ex alio fonte, quam ex in-
terpretatione prudētum recentiorum, forenſi vſu comprobata, ve-
ram

1) *Glossa I. P. S. ad Lib. III. art. 83. et Iur. Weicb. Magd. ad art. 30.*

ram vsucaptionis rerum mobilium Saxonicae hodiernae originem re-
petere licebit. Cuius prima vestigia detegere mihi visus sum in no-
tissimo *Lud. Fachsii opere*, quod *Differentias iuris civilis et Saxonici inscriptis*^{a)}. Etenim, si huic auctori fides est habenda, iam plu-
res, qui ante eum in iure Saxonico illustrando versati sunt, interpre-
tes non modo vniuersalem quamdam bonorum mobilium vsucapio-
nem, eamdemque huic iuri propriam, admirerunt, sed etiam eius
confuetudinis fundum in articulo Speculi Saxonici XXVIII., quem
saepius excitaui, quaerendum esse, uno omnes ore professi sunt.
Ipsa tamen vsucaptionis nostrae exempla, quae ineunte hac aetate re-
periuntur, ita sunt comparata, ut adhuc ad solam rerum vtesilium,
aliorumque bonorum mobilium in hereditate comprehensorum vsu-
captionem indubitatae antiquitatis pertineant. Quorum vetustissima,
quod sciam, videntur esse ea, quae in duabus Scabinorum Magde-
burgensium sententiis, sub finem seculi decimi quinti, aut initium
sexti et decimi pronunciatis, needum in lucem prolatis, ac pro-
inde calcii huius commentationis a me adiectis (*Num. I. et II.*),
obseruaui^{b)}. Quidquid autem sit, nihilominus *Fachsius*^{c)}, mo-
tus in primis iuris nostri Prouincialis capite eo, quod Lib. II. art.
44. legitur, aliarum quoque rerum mobilium, praeter hereditarias,

an-

a) *Lud. Fachsius Different. II.* chius, Vir III., in den Beyträgen zu
in Zobelii *Differentiar. iur. ciu. et dem deutschen Rechte* T. VIII. p. 257.
Saxon. P. II. Diff. 2. n. 4. p. 206. sqq. publici iuris fecit. Eum Codic-

b) Decerpta sunt haec responda e Codice LXXXVIII Sententiarum Mag-
deburgensium et Halensem, quarum
archetypa Senatus Numburgensis ser-
vat, exempla vero nonnulla iam Wal-

chius, Vir III., in den Beyträgen zu
dem deutschen Rechte T. VIII. p. 257.
sqq. publici iuris fecit. Eum Codic-
em, summa cum diligentia descri-
ptum, possederat olim Lauhnius,
post cuius obitum ad me peruenit.

c) *Fachsius I. I. n. 4. et 6.* p.
207.

annalem vscacionem ipse defendit, postquam iam ante eum Zobelius^{d)} similem instituto nostro ambitum ex eademi ratione vindicaverat, adlegata simul consuetudine inueterata, cui extensuam articuli XXVIII. interpretationem adcep tam refert. Quid, quod Melch. Klingius^{e)} in Iure Prouinciali Saxonico ad artis regulas revocato peculiarem existare voluit titulum: *von Verjahrung beweglicher Stücke und fahrender Haabe*, in quo principem locum tenet idem articulus XXVIII. Zobeliū certatim sequuti sunt plerique iuris patrii interpres tum aequales, tum recentiores, articulo modo XXVIII., modo XXXIX., modo utriusque coniunctim innixi. A quo tempore; auctoribus maxime Fachfio^{f)}, Colero^{g)}, Heigio^{h)}, Math. Wefenbecioⁱ⁾ et Matth. Berlichio^{k)}, inualuit trita illa sententia, qua ius Saxonum nullas, nisi duas praescriptionum species, alteram tricenariam, anno Saxonico auctam, rebusque immobilibus et incorporalibus propriam, annalem alteram, in rebus mobilibus receptam, adgnoscere dicitur. Nemo autem luculentius instituto nostro testimonium exhibuit, eiusque in foro Saxonico usum constantius propugnauit Benedicto Carpzouio^{l)}, cuius utique auctoritati, quidquid circa hanc

vnu-

^{d)} Zobelius Addit. ad Glos. lat.
d. art. 28. I.-P. S. fol. LXXXVI^{b)}.
edit quae prodiit a. 1595.

^{e)} Sachsisches Landrecht in einer
richtigen Ordnung gebracht von Melch.
Kling, P. II. p. 139. sq.

^{f)} Fachfius I. I n. 3. p. 206.
^{g)} Colerus Deciss. Getm. P. I.
Dec. 20. n. 3.

^{h)} Heigius Quæst. iur. ciu. et
Sax. P. I. qu. 16. n. II. 12.

ⁱ⁾ Wefenbeicus Comm. ad rit.

^{j)} D. de Vjurp. et vscap. §. 7 p. m. 745.

^{k)} Berlichius Concluss. practi-
cab. P. II. Concl. 3. n. 43. et Concl.
8. n. 17.

^{l)} Carpzouius Deßinit fortiss.
P. II. Concl. 3. def. 9.

vsuaptionis speciem in ipsis rerum argumentis hodie obtinet, tri-
buendum videtur. Ita enim ille: „Ex usitata interpretatione textus
ille (d. art. 28.) ad quaecumque alia mobilia non hereditaria, item non
tantum ad personam iudicis occupantis, sed cuiuscumque etiam priuati pos-
sidentis talia mobilia per annum, regulariter extenditur, secundum Gloss.
in Lib. II. Landr. art. 44. n. 4. in verbis: Welche man, vers. Und
diess ist allermeist zu verstehen von fahrender Haabe etc.
Quam interpretationem satis probant verba finalia d. art. 28. ibi: Diess
ist aber geredt von fahrender Haabe. Rebellissime igitur fudit
Matth. Colerus ad c. De quarta 4. X. de Praescript. n. 78. et P. I. Det.
20. n. 16. quod in foro Saxonico regulariter omnia et mouentia, quatenus
bona fide et cum titulo per annum possidentur, dicantur esse praescripta,
adeo, ut possessori deinceps super iis aliqua controvrsia in effectu vel uti-
liter moueri non possit. Quod et diserte probatur art. 44. Landr. Lib. II.“
Cuius vicissitudinis, a vera iuris patrii disciplina quam maxime alienae,
causa proxime querenda est in nimia, qua maiores nostri ius
Romanum prosequuti sunt, veneratione, seculo potissimum XVI. vt
Io. Ad. Theoph. Kindius^{m)}, Vir Illustris, quem ob multa in me
collata beneficia honoris gratia nomino, eleganter obseruauit, per
Constitutionum Eleitoralium opus ad summum fastigium euecta;
quae non solum eo valuit, vt legislatio domestica et peregrina quasi
coaslata nouum quendam et antea inauditum foetum iurisprudentiae
Romano-Saxonicae excluderet, sed etiam plurimas consuetudines in

m) Kindius in Diff. de origine et usu et autoritate (Lipf. 1773. 4.)
faris Curiae Provincialis Supremae in §. 8. not. 4. (in Cbr. Henr. Gotl.
Saxonia (Lipf. 1773. 4.) §. 23. p. Koechy, Viri Cl., Thesauro iuris
58. Iq. et in Prol. de Speculi Saxonici Saxonici T. I. Sect. I. p. 150.)

patria natas, iuris autem Romani propagationi infestas, paullatim obliterauit. Quam fati iniquitatem experta sunt potissimum medi⁹ aeu⁹ placita ea, quae, quo minus generalis quaedam latiusque patens rerum mobilium viuacipio iurisprudentiae nostrae sece insinuaret, olim impedimento fuisse, supra (§. 6. 7.) demonstrauimus. Neque enim tantum testibus Carpzouioⁿ), Bergeroⁿ), Leyferoⁿ) et Ferd. Aug Hommelioⁿ), hac aetate prorsus mutata est rei vindicationis ratio antiqua, que reus, vt auctorem suum nominaret, obligatus ab hoc quoniam tempore defendendus fuit, verum etiam regula: *Hand muss Hand wahren, vt Zobelius^r, Carpzouius^r, Sam. Strykius^r, Bergerus^r, Hommelius^r, Leyferus^r) et Kindius^r), Vir Ill., vno ore tradunt, in nostris quidem regionibus pridem in desuetudinem abiit. Quae morum domesticorum conversio simil hanc vim habuit, vt iam de indole vsuacionis Saxonicae aedcuratius constituenda, eiusque ad reliquam iuris communis at-*

que

- n) Carpzouius *I. l. P. II. Const.* antiquo in foris Germanorum (Lipr. 3. def. 18. n. 9. 1739. 4.) §. 7. p. 15.
- o) de Berger in *Oeconom. iur.* r) Zobelius *Differentiāl. iur. ciūt.*
Lib. II. tit. 2. th. 34. not. 11. p. 219. er Sax. P. II. Differ 32. n. 14. p. 329.
- ed. Winckler. et in *Differ. de contravindicatione* § 37. (in Eiusd Suppl. s) Carpzouius *I. l. P. II. Const.*
ad Electa Discept̄ forens. P. 26. def. 5.
- II. p. 1827. ed. nouiss.) t) Strykius *Vf. modern. D* Lib.
p) Leyferus *Cell. prisci iuris VI. tit. I. §. 8.*
Saxonici cum iure Rom et moribus bo- v) de Berger Oecon. iur. Lib. III.
diornis Sp. I. §. 25. in *Meditat. ad tit. 2. th. 6. not. vn. p. 430.*
- D. Vol. XII. p. 397. x) Hommelius *I. l. p. 13.*
- q) Hommelius *Differ de proedria y) Leyferus I. l. §. 46. p. 419.*
*legum Iustinianearum prae iure parro z) Kindius *Quæstionum forens.*
T. II. c. 39.*

que Saxonici disciplinam habitu definiendo viri docti diligentius cogitarent. Quocirca quum interpres nostri praecepissent, praescriptionem iuris Saxonici, quam pro consuetudine loquendi eo tempore recepta *statutoriam* adpellabant, successisse in locum praescriptionis longi temporis, iure communi frequentatae^{aa)}: non potuit non haec doctrina magni esse momenti in primis in ordinanda rerum mobilium usucapione recens inuenta, quae iam vice praescriptionis trium annorum Romanae fungi visa est^{bb)}). Vnde factum, ut non solum ea, quae ius Romanum atque Canonicum de bona fidei et iusti tituli in usucapiendis rebus mobilibus necessitate sanxerunt, plane ad nostram usucaptionem transferrentur^{cc)}, sed etiam bonorum genera ipsa, in quibus ei locus esset, data opera describerentur.

I 3

tur.

aa) *Vid. Addit. ad Fachfii Differ. I. in Zobelii Different. iur. ciu. et Sax. P. II. Diff. 2. n. 9. p. 208.* Rauchbarus *Quaest. P. II. qu. 28. n. 8.* Carpzonius *I. l. P. II. Const. 3. def. 6. n. 4.* Idem *Responf. iur. Elec. Lib. I. tit. 4. resp. 40. n. 15.* et *Differ. illiusfr. Sax. Dec. 223. n. 11. 12.* Per Müllerus *Diff. de praescriptione Saxonica* (len. 1681. 4.) *Secl. II. th. 2.* pr. aliique plures.

bb) Quid, quod Hommelius *Rhaphod. Obl. 208. n. 7.* iunct. n. 3. recte mouit, hanc iuris Rom. et Sax. comparationem ad solam rerum mobilium usucaptionem annalem pertinere, quam tricenaria praecriptio pro tem-

poris, quod exigit, diurnitate potius in locum praescriptionis longissimi temporis subrogata sit. Ex qua obseruatione simul pater, nostram usucaptionis speciem esse vicinam, ad quam praescriptionis longi temporis feueritas adcommmodari omni ex parte hodieum posse.

cc) *Addit. ad Fachfii I. l. in Zobelii I. l. P. II. Differ. 2. n. 9. p. 208.* Wesenbecius *I. l. Carpzonius. Definitr. forenf. P. II. Const. 3. def. 6. Io. Baltz. a Wernher. Offf. forenf. T. I. P. III. Obl. 4. p. 495. ed. nouiss. Hommelius *Rhaph. I. l. n. 2. et 7.* et complures alii.*

tur^{dd)}). Iisdem denique de caussis reliquae species, in quibus aut secundum genuina iuris Saxonici principia praescriptio annali breuior vsitata est, aut ex sententia iuris communis omnis praescriptio exsulat (quo v. c. res inuentae et furtuae pertinent), separari, et in exceptionum numerum reiici cooperunt^{ee)}). Quae tamen singula iuris noui praecepta, quantumvis certa sint et explorata, necdum ex alio fonte, quam ex inueterata fori consuetudine, legum quidem disertarum praesidio destituta, sed vsu quotidiano confirmata, repeti possunt.

Restat, vt, quae nostri instituti in hereditatis petitione caussis que similibus fortuna hac tempestate fuerit, paucis inuestigemus. Vbi ante omnia in memoriam reuocanda est adiacatio iuris singularis in d. art. XXVIII. traditi ad priuatos homines mature facta, quam supra (§. 3.) obseruauimus. Quae quo minus vniquam dubitationi obnoxia fuisse videtur, eo maiori contentione aliquando disceptatum est inter veteres iuris patrii interpretes de rebus secundum illius articuli normam reaperte aestimandis. Etenim Zobelius^{ff)} refert, Scabinos Magdeburgenses, nulla inter res mobiles atque immobiles distinctione admissa, ad vtrumque bonorum genus annalem praescriptionem in caussis hereditariis adcommodaſſe. Cuius interpretationis hanc reddit rationem, quod Scabini a simili iudicis circa bona vtriusque generis vacantia potestate, eodem articulo fundata, ad vſuptionem priuati arbitrii duxerint argumentum. Nec defunt

exem-

^{dd)} Quae adumbravit Müllerus *I. l. Sect. I. th. 7. junct. Sect. II. Diff. laud. Sect. II. th. 2.* ^{th. 3.}

^{ee)} Vid. Carpzonius *I. P. H.* ^{ff)} Zobelius *Addit. ad Gloss. Conf. 3. def. 15. 16. et Müllerus *Iar. d. art. 28. I. P. S. fol. LXXXVI.**

exempla rerum antiquitus iudicatarum, quae Zobelii narrationi fidem vtique faciunt^{gg}). Mox tamen non inepte addit, obstare huic opinioni verba articuli finalia: „Dies ist aber gerecht von fahrender Haabe,“ quae quemadmodum regulam ibi propositam ad bona mobilia aperte restringere iudicat^{hh}), ita a Iurisconsultis Lipsiensibus, quos ipse sequi non dubitat, ne de his quidem promiscue, sed de foliis rebus vtsensibus atque expeditoriis intelligi, reliquam vero hereditatem, quamvis mobilem, sicut vniuersum patrimonium immobile, ex eorundem sententia iure tricenariae praescriptionis censerit, commemoratiⁱⁱ). Quo etiam spectant verba Fachsii^{kk}): „Moderni hanc annalem praescriptionem valde restringunt, siquidem in bonis hereditariis, licet mobilibus, locum ei non tribuant;“ nec non Carpzo^{viii}), qui eosdem, quos Fachsius sua aetate modernos dixit, *practicos antiquos* adpellat: „Practici antiqui horum prouinciarum pra-

scri

gg) Vid. *Diplomatische Beyträge* P. VI. p. 91. et *Responsa Scabinorum veterum* adiecta editionibus Specali Saxonici Zobelianis P. I. c. 6. dist. 3. et c. 7. dist. 2. 4. ac 5.

hh) Zobelius *Nor. ad d. arr. 28. lit. c. fol. LXXXVII^b*.

ii) Idem *ibid. f. LXXXVII*. Ait autem: „Nota: Magdeburgenses in differente ex hoc sensu pronunciare, quod bona mobilia in anno praescribantur, dum sine ratione verbis buiu articuli adhaerent. Sed Lipsienses hoc in Erbe non obtinere dicunt, sequuntur articuli proxime sequentis, ubi dicitur: dass sich der Sacbse am

Erbe unserer dreysig Jahren nicht verschweiger.“ Quo loco

Erbe puto dici de rebus mobilibus ceteris, praeter vtoniles et expeditorias, in hereditate extantibus, sicut in I. P. S. Lib. I. art. 24. et *Iur. Weibb. Magd.* art. 26. ed. vulg. f. art. 39. ed. Schott. Vnde simil pater, vulgatam articuli sequentis lectionem: *Eigen und Erbe*, pro qua Codices melioris notae habent: *Eigen und Huven*, huic interpretationi anfam praebuisse.

kk) Fachsius l. n. 4. p. 207. ll) Carpzouius l. k. P. II. *Const.* 3. def. 2. num. 1.



scriptionem annalem iuris Saxonici valde coarctabant, eamque restringebant ad bona triplicia in hereditate defunctorum reperta, puta, ad bona ventaria, res expeditorias et cibaria domestica, propter text. in art. 28. Lib. I. Landr.[“] Quamquam autem negari nequit, iam antiquiorum interpretatum pluribus eam sedisse opinionem, ut locum Speculi Saxonici, in quo cardo disputationis versatur, stricte esse adcipendum statuerent: magnopere tamen erraret quis, qui inde, genuinum eiusdem loci sensum eos perspexisse, inferre vellet. Imo peruerso illius acui de iuris Romani prae patriis legibus atque consuetudinibus ~~negordia~~^{negotia} iudicio Iurisconsultos nostrates etiam hac in quaestione deceptos esse, satis clare indicat ipsum, quod Zobelius adulit, argumentum: „Et forte etiam ex illa ratione, quia, si sunt duo statuta de eadem re disponentia, semper illud sequendum est, per quod minus laeditur ius commune; illud vero hereditatem desert usque ad trigesimum annum.“ Quae cum ita sint, merito hanc distinctionem improbarerunt Consultationes Constitutionum Saxoniarum^{mm}), quas Carpzouiusⁿⁿ), suffragante vnu hodierno, sequutus est. Neque tamen promiscuam interpretationem, iure quasi postliminii, vt dixi, in foro nostra reductam, intelligi velim de alia praescriptionis specie, quam qua possessor titulo singulari nixus aduersus heredem, non universali iudicio, sed rerum sigillatim existantium vindicatione experientem, tueri se possit. E contrario, si possessor aut ipse titulum universalem pro se adleget, seque potius, quam actorem, heredem esse, adfirmet, aut nullo titulo munitus bona pro possessore detineat, nec

mm) Consultationes Constitut. Sax. T. I. P. V. Caf. 22. fol. 118.

nn) Carpzouius l. I. P. II. Conf. 3. def. 9. n. 2. et 4. iunct. def. 10. n. 4.

nec hodie hereditatem mobilem, siue nihil rerum immobilium ei sit admixtum, siue secus, breuiori, quam tricenariae praescriptioni, qua demum hereditatis petitio excluditur, obnoxiam esse, existimat verim^{oo)}. Cuius diuersitatis cauila querenda est in interpretatione praescriptionis tricenariae Saxonicae, itidem inde a seculo XVI. vsu recepta, qua obtinuit, vt, iura resque incorporales, ac proinde etiam ius heredis vniuersale, regulariter nullo, nisi hoc, temporis interuallo et adquiri et amitti intelligentur^{pp)}. Antiquiores autem Iurisconsultos, quos haec ipsa ratio lateret, quantopere torserit usus capio rerum hereditiarum, exempla tum in commentariis eorum, tum in responsis vetustioribus, passim obvia abunde ostendunt. Quare Zobelius^{qq)}, vt ab hoc exordiar, distinguendum esse putauit inter res mobiles eiusmodi, quae seorsim exstant (quibus tamen solas res vtenſiles, expeditorias, aliasque similes, proprio quodam iure

vten-

oo) Cf. Carpzouius *I. L. P. II.* Conf. 3. def. 10.

pp) Origo huius doctrinae procul dubio repetenda est e *Glossa Germ. I. P. S. ad Lib. I. art. 29. p. 78. ed. Gaertn.* quae forte ipsa praescriptionis longissimi temporis, in iure Romano obviae, rationem habuit, quamquam iam in *Cod. Iur. Feud. Gorlit. c. 33. in Zepernickii Miscellanee zum Lehrn. T. I. p. 49.* sqq. veluti in consuetudinis, qua res incorporales immobilibus exaequatae sunt, exstant. Adcessit sequente acetate auctoritas clarissimorum interpretum, vt Zob-

belii *Not. ad d. art. 29. litt. a. fol. LXXXVIII. Fach iii Differ. 11. I. I. P. II. Diff. 2. n. 4. p. 206. Coleri Deciss. Germ. P. I. Dec. 20. n. 5. Heli- gii *Quaestr. iur. ciu. et Sax. P. I. qu. 16. n. 38.* sqq. Berlichii *Concl. practicab. P. II. Concl. 8. n. 17. Carp- zouii I. P. II. Conf. 3. def. 3. m. 9. aliorumque, qui praescriptionis tricenariae fines eadem ratione propagauerunt.**

qq) Zobelius *Addit. ad Gloss. lat. d. art. 28. fol. LXXXVI. et Not. ad eund. art. litt. e. fol. LXXXVIIb.*

vtentes, adnumeravit), et eas, quae immobilibus mixtae, aut ut adcessiones fundorum a tertio possideantur, dum illas dumtaxat, non aequae has, annali spatio vsuapi voluit; adiecta hac ratione: „transire quadam cum universitate, quae alias per se non transirent.“ Eodem modo rem expedire conati sunt autores additionum, quibus Fachii opus differentiarum locupletatum est^{rr}), nec non *Bened. Reinhardus^{ss}* et *Heigius^{tt}*); ut taceam complura Collegiorum Saxonum responsa, seculo XVI. in eamdem sententiam redditia^{vv}). Grauissimum autem auctoritatis, quam olim haec opinio nacta est, argumentum praebet vna ex Constitutionibus ineditis, vsuacionem rerum mobilium in hereditate comprehensarum eadem distinctione, quam etiam auctoribus Consultationum, ei praeuarium^{xx}), plauisse animaduerti, adhibita definiens, quae vltimum in Adpendice huius Commentationis locum tenet^{yy}). Nec, si a Wesenbe-

cio

rr) *Additiones ad Fachii Differ.* mensis et successionibus p. 673, sq. p. 682, et in *Eiudic. Miscellan.* Sent. defini. Sax. P. II. de testamentis et successionibus p. 402, sq.

ss) *Reinhardus* P. VI. Differ. I. apud Zobelium I. l. n. 11. p. 210, sq.

tt) *Heigius* I. n. 32-35.

vv) V. g. *Resp. adiect. Iuris Weichb.* Magd. editioni Zobel. rubr. *Wie die Töchter aus dem Leibne sollen bestätzt werden*, §. Nachdem ihr aber auch f. CXIII^b. *Sententia Scabin.* Lips. in Adpend. Operis Zobeliani, cui titulus: *Differentiae iur. ciu. et Sax. p. 744.* sq. et *Res iudicatae in Ge. Beati Sententi. definit. Saxon. de testa-*

*mētibus et successionebus p. 673, sq. p. 682, et in *Eiudic. Miscellan.* Sent. defini. Sax. P. II. de testamentis et successionibus p. 402, sq.*

xx) *Consult. Confir.* Sax. T. I. P. V. Cap. 22. fol. 118, et in *Resolutz.* Scabin Lips. qu. 128. fol. 203, nec non T. II. P. V. qu. 21. p. 197. Cf. *Per. Frideri Mindani Epis. Confir. scabin. Sax. Lib. I. qu. 59. p. 114. sq.*

yy) in indice Constitutionum ineditarum, quem *Christ. Schmiedeli* Diff. *Elector Augustus, Saxoniae legislator*, praf. *Car. Ferd. Hommelio* habita, huiusque *Opusculis* P. I. p. 357. lqq. inserta, §. 24. exhibet,

cio^{xx}) atque Carpzouio^{xxx}) discesserim, reperire potui inter nostros vnum, qui hereditatis iure rerum incorporalium etiam in iudicio de usucacione eiusdem ferendo censendae necessitatem satis perspexerit, et ab ea, quam dixi, decisione differenter.

Denique, vt de potestatis magistratum in rebus vtilibus, expeditoriis, aliisque similibus, herede desitutis, conditioni praescriptionis adligatae, fatis nonnulla adiiciantur: mouet utique dubitationem lex novissima, de vi citationis edictalis in caussis civilibus et maxime hereditariis condita^{bbb}), qua conditionis illius usus, substituta in eius locum conuocatione heredum publica, sententiaque, quae hanc sequi solet, peremptoria, plane abrogatus videtur. At enim uero opportune monuit Kindius^{ccc}), Vir illustris, tantum abesse, vt iudicii officium tales citationem vitro decernendi hac legi imponatur, vt ea de nulla alia re, nisi de vi peremptoria, qua publica citatio in caussis definitis pollere debeat (qualem citra manifestam legislatoris voluntatem numquam habuisset), edicere intelligatur; concessa simul iudicii, in suam quoque utilitatem, aut potius securitatem, heredes ignotos eodem modo conuocandi venia. Iam quum eadem aduersi iudicem, qui bona de-

K 2 fundū

hibet, est Confit. XXXI. Ceterum in proxima ordinationum deliberatione.[“]

eadem decisioni, quae in Consiliorum^{aaa} I L.P. II. Conf.

Conf. Sax. T. II. P. V. qu. 21. p. 3. def. 10. n. 5. et 6.

197. legitur, sene ex affe respondeat.

^{zz} Wezenbecker Not. ad Io. aa) Carpzeuius I L.P. II. Conf.

Schneidewini Comm. ad tit. I de Usucap. rubr. Quot sunt species prae-

scriptionis? n. 53; ubi tamen aparte mand. die Edi&alcitation in

pugnant cum d. Conf. ined quae ipse Ciuilsachen außerhalb des Concursus

ad illicit: „id nuper ita conclusum est Creditorum betr. d. d. Dresd. d. 13.

Nou. 1779. §. 1. n. 3. litt. b.

ccc) Kindius Quaest. forens. T. II. c. 76. p. 395.

functi detinet, actiones competant, quibus priuatum quemlibet hereditatis possessorem conuenire licet^{ddd}): nihil aliud ex lege illa sequitur, quam hoc, prudentius quidem omnino agere iudicem, qui in caussis hereditariis vel non rogatus citatione editiali vtatur, tum, vt iam ante lapsum temporis, vsucapioni hereditatis praefituti, perpetuum in bonis vacantibus aut saltem herede tempestiuē sibi vigilante desfutis ius consequatur, tum vero etiam (quae est citationis maxime in acquirendis rebus utensilibus expeditoriis utilitas), vt heredum post annale spatium superuenientium exceptionibus, ab ignorantia aliove impedimento petitis, obuiam eatur; posse autem utique iure novo non minus, quam antiquiore^{eee}), iudicem superferre citationis auxilio, si praescriptio ipsum aduersus aliorum petitiones satis tutum praefest. Quod praescriptionis beneficium magistratibus hodienum integrum esse debet, nisi, quod nulla legi caustum, deterioriēm hac in re eorum, quam priuati cuiuscumque possessoris, conditionem factam esse, sumere velimus.

^{ddd}) Kindius *ibid.* p. 397. I. c. 2. §. 30. not. 2. p. 316. meae
^{eee}) Schottus *Institutr. iur. Sax.* edit.
Elecī. priuari Lib. II. Sect. 4. Membr.

AD.

A D P E N D I X.

I.

Scheppen zu Magdeburgk.

Vnseren fruntlichin grus zuuuer. Erfasmen besundern guten fründ. So alz ir vns czwier parte schrifte symon hondorf an eynem vnd heintze dorffere am andern teile anlangende gesant vnd uns lutterunge dar vff czusprechen gebeten habt ic. Sprechen wir Scheppen zu magdeburgk vff dy selbigten schrifte zu eyner lutterunge vor recht. Sintenmal das wir In vorgezzeiten vff disse fache recht gesprochen vnd heintzen dorffers eliche hussfrauwen, czwier kinder gerechtigkeit, nemlichen czwei hundert schog groschen zugeteilet haben, vnd das solche czwei hunderschog groschen nach orem tode vff oren man heintzen dorffer gekomen vnd gefallen sin. Haben sich denne Claus heyste und heinrich hauerkol nach tode peter hauerkols sinek kinder vormundeshaft underczogen, vnd ore guter by sich gehat vnd gehalden, vnd hat heintze dorffir durch bte willen fines wibes sulch gelt by den vormundern etzliche czyt, so dy kinder unmündig woren, ungefördert bliben lassen, das mag deme gnanten heintzen dorffir an seinem rechten nicht hinderlich, noch schedelich gesin. Hat denne heintze dorffir mit symon hondorff esflunge nicht zuuthunde gehalit, Ouch by den eethedingen nicht gewest, vnd der nicht gefulbort, des her sich mit fines eynes hant, als recht ist, unschuldig machen tharn, vnd hat symon hondorff nach den nehishuorgangen wynachten

czwei hundert alte schog, dy der kinder gewest sin, empfangen vnd vffge-
hoben, vnd hat om heintze dorffer In dy vffhebunge der czwier hundert
schog bynnen Iar und dage, als er dy empfangen hatte, Insprache getan,
des Im symon hondorff bekente, Adder das hentze dorffer als recht ist
zcu bringen mochte: So hat sich heintze dorffer an synem rechten nicht vor-
stumet noch vorswegen, vnd symon hondorff kan sich denne mit siner ver-
gebunge In sinen schriften berurt kegin vnd widder heintzen dorffere
nicht behelffen, von rechtens wegen, versigilt mit unserm Ingescgle.

gelesin tercia in vigilia andree desf hat ittzliche partt abfchrift
gebeten.

*DEn Erfamen Burgermeistere unde Radtmannen zu Numburg Vnseren
bcsunderenn guthenn frunden.*

II.

Scheppen zw Magdburg.

*Vnsern fruntlichen grus zuuore. Ersamenn bcsundern guten frunde.
So ir uns zweyr parte schrifte, Alse schuld vnd antwort Erhart slewfer an
ryme, und hanßen taschen am andern tyle anlangend zugesant vnd uns
recht dar up zusprechen gebelin habt ic. Sprechen wir Scheppen zu
magdburg auf die selbien schrifte vor recht. Sinthemale Erhart slewfer In
seynen schriften vfbrenget, als er syn eheweib Osanna timpelingin zwr ehe
genommenn die eyne tochter gerdruth gnant gehabt, und er eyne mergliche
summe geldes In ore gutere gebracht vnd mit eynander sich mit alle den
gutern, die se haben, vnd vinner mehrē gewunnenn, vor gerichte begabet,
Doch mit dem underscheyde, das gemelter gerdruten orer tochter, wan
die manbar vnd beraden wurde, zweyzig Rinsche gulden aufs den gutern
werden solten, vnd als hans tasche sich mit gedachter gerdruten vorehe-
licht*

licht hat, solle seyn weib om dreyssig gulden zu geben gerecht haben, vnd
 er also zzechen gulden über die zwenzig gulden entsfangen, das Erhard
 Slewser vor eym Rathe solle widder Ingerecht haben, vnd solichs mit sinen
 wyssen vnde willen auch nicht gescheen, vnd er mit seyme vor eyne
 Rathe betedingt, das irer keynes gesunderte noch geteile gutere Inne
 haben, vnd seyn weib solle Ire hanfskinder om auch forder nicht be-
 swern, des er sich mit des Ratsbuche erweit Nach zubrengen, fordert auch
 was flugke hans tasche, die zu gerade horen, noch under sich hat, und also
 In seynes weibes tochter munde vorsturben, om folgen zu lassen, vnd das
 hans tasche om soliche gabe der zwenzig gulden auf dem gerichtes buche
 nicht frien wil, dar er Im zu sunderlichen hon smaheit vnd schaden thuet,
 den er auf zzechen Rinsch gulden geachtet ic. Dar widder hans tasche vor-
 brenget, das Im frau gerdradt mit wyssen willen vnd fulbort orer mü-
 ter auch eyner frunzaft redelich vortravet und gloubt Iß, und In der ehe-
 stiftung bereit, das sy zu Im veterlichen guts, nemelichen dreyssig
 gulden, die do bey deme techande legen solden, vnd von orez vater hawße
 zwenzig gulden, die or In der Schepffin buch vormacht vnd vor schrie-
 ben weren, als zw eyner mitteghiff Inbrengen solte, Dar auf er die ehe
 alfo bewilligt vnd hat bestissen lassen, dar legin er seyme weybē an allen
 seynen guten hundert gulden wolt vorschrieben lassen, vnd er bekennet,
 das er nach dem bylager die dreyssig gulden, die bey deme techande gelegt
 waren, erlanget, do bey Erhart Slewser selber gewest vnde hofft, das Im
 die zwenzig gulden vom hawße om nach laut des gerichtes buchs folgen
 sollen, des er sich zueth auf die teding slute, die bey der ehstiftung gewest
 sijn, vnd er gesteit Im auch nictes von der gerade, die er von seynen
 frauwen wegen gefordert hat, danne er die nah tote seynes weibs gnuch-
 lich von sich gegeben, vnd des also Iar vnd tag ane ansprache von seynen
 swigere gebliven ic. Ist denne Inhetiedungen besprochen das hans taschen
 mit

mit syrem weibe soliche dreyfig gulden, alse bey deme techante zw trauer handt nider gelegt weren, die er Ingenommen und entfangen, Auch die zwenzig gulden von ires vater hause nach lawte des gerichtes Register haben solte, und das mit den tedinges leutten, die bey der eheflistung gewest, bey bringen vnd erweysen konde, muſte Im der cleger solich zwenzig gulden ungehindert reichen vnd folgen lassen, die wyle Im soliche bezalung der zwenzig gulden nicht gescheen, Darb er Im auch die voranckung Im gerichtes buche nicht abesagen noch vorlassen, Hat auch Erhart Sleuſer um die hinderſtilligen flugke der gerade nach lawte feyner schuld In Iare vnd tote keyne rechtliche forderung gethan, alſe hat er ſich mit ſolicher vorlarung darane vorwigen, und hans tasche iſt Im auch fordern der wegen zu antworten nicht vorpflichtet. von Rechtswegen. Vorſigelt mit unſerm Ingeſigell.

DEn Ersiamen Burgermeyſtere und Rathmanne der stadt Numburg unſern biſtundern guten frunden.

Dijſer ſpruch iſt geoffent am dienſtag kilianj, hat der antworter taſch den ſpruch gelobet, unde ſliſter hat abſchrift unde bedengliche tzeit gebetin, iſt en geben xiiii tag mit willen des parts.

III.

Constitutio Electoralis Saxonica inedita.

Bewegliche Güter, ſo in einer Erbschaft find, wenn dieſelben praefcribiraret werden?

So hebewliche Güter in einer Erbschaft, allda auch unbewegliche vorhanden, vermiſcht, ſo werden ſie nicht innerhalb Jahres und Tages, ſondern

dern in dreyzig Jahren, Jahr und Tag, praescribiret. So aber die ganze Erbschaft in mobilibus ist, die werden innerhalb Jahres und Tages, Sächsischem Recht nach, verjähret: text. ibi Gloss. addit. et Zobel in art. 28. lib. 1. und also halten es auch die Schuppenfühle.


Aber nach gemeinen Rechten, wenn gleich die Erbschaft allein in seu eglichen Gütern ist, tamen, quum sit ius vniuersale, non praescribitur petitioni hereditatis, nisi xxx annis: Paull. de Castr. per illum text. in l. 4. C. in quib. causs. cess. long. temp. praescript. et idem in l. 2. C. de petit. hered.

Leipzig, Diss., 1797

X 2309032

6078





ORIGINE ATQVE FATIS
VSVCAPIONIS RERVM MOBILIVM
S A X O N I C A E

COMMENTATIO

PROFESSIONEM IVRIS SAXONICI
ORDINARIAM

A. D. XXIII. M. AVG. A. C. CCCLXXXVII

AVSPICATVRVS

PRAEMISIT

D. CHRISTIANVS GOTTLIEB HAVBOLD

SVPR. CVRIAEC PROVINCIALIS ADSESSOR IVRIS SAXONICI PROFESSOR
PVBL. ORDIN. ACAD. ELECT. MOGVNT. SCIENTIAR. VTL
SODALIS

LIPSIAE
EX OFFICINA SAALBACHIA

